Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0001

~~IX.~~
III.
00
№ 6936 *

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0002

1 Schola Salernitana
præcepta de conſer-
vanda bona valetudine

2 Theſaurus pauperum

3 Chytræus de ordi-
ne ſtudiorum

4 Biblia parva

10. gr.

Linus.

ῥάδια πάντα θεῷ τελέσαι, καὶ ἀνήνυτον
οὐδέν.

Hermes.

φυλακὴ εὐσέβεια, εὐσεβοῦς γὰρ ἀνθρώπου
οὔτε δαίμων κακὸς, οὔτε εἱμαρμένη κρα-
τεῖ, θεὸς γὰρ φυλάττει τὸν εὐσεβῆ ἐκ
παντὸς κακοῦ. τὸ γὰρ ἓν καὶ μόνον ἐν
ἀνθρώποις ἐστὶν ἀγαθὸν εὐσέβεια.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0004

PARVA BIBLIA,

Hoc eſt:

# CARMEN ELEGIACVM IN SINGVLA VTRIVSQVE TESTAMENTI CAPITVLA,

*OMnes hiſtorias & ſententias eorundem ordine Alphabetico complectens, ſic concinnatum, vt Lectori vice Commentarij eſſe poſſit, omnibus Theologiæ Studioſis ſummè neceſſarium.*

Autore

Caſparo Eurymachæra,

Gutenbergenſis Eccleſiæ Miniſtro.



M. D. LXXXI.

*Res eſt ampla, breuis verſus, ſeruatus & ordo*
*Per Capita, & Capitum membra: quid ergo deeſt?*
*Nil: Sed emens relegas, ediſcas, pectore condas,*
*Hoc paruo reperis Biblia tota libro.*

M. Iohannes Dinckel.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0005

№ 6939 *

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0006

# CONRADVS VVEIS PATRICIVS FRANCOFVRTENSIS AD MOENVM, DOCTISSIMO Viro Caſparo Eurymachæræ in Eccleſia Gutenbergenſi, Verbi diuini Miniſtro, de carmine ſuo exarato.

S.

*CVM tua miratus legiſſet carmina Phœbus*
*Aonij ( dixit ) montis adeſte Deæ.*
*Lauri fronde noua præcingite tempora vati,*
*Iſte Meduſæi gloria fontis erit.*

## In Zoilum huius Libri.

*COnſuluit Phœbum quondam diuinus Homerus,*
*Ingenium cuius nouit vterq; polus.*
*Ilias inuidia num ſit caritura nefanda,*
*Qua tradit varijs Pergama capta modis.*
*Phœbus in ipſius torquens ſua lumina vultus,*
*Riſit, & hos ſacro prodidit ore ſonos.*
*Stulta decus noſtrum quæris doctiſſime vatum,*
*Accipe veridica, quæ recitabo fide.*
*Ille ego Caſtaliæ princeps celeberrimus vndæ*
*Quem cuncti vates in ſua fata trahunt.*
*Inter cœlicolas, & lucida tecta Deorum,*
*Nec non in terris ſcommata multa tuli.*

Marſias audebat mecum contendere cantu,
Iuſtas ſed pœnas pro leuitate dedit.
Omnia balbutiens contemnere ZOILVS audet,
A doctis multo ſcripta labore Viris.
Ipſe autem ſtupidus minimum vix norit Iota,
Auriculis aſinus proditur ipſe ſuis.

## ALIVD.

Si non eſſe cupis Mimus, ſis ZOILE Momus,
His donec ſcriptis tu meliora canes.

GENERIS

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0008

# GENERIS NOBILITATE, ERVDITIONE, PIETATE, ET VIRTVTE INSIGNIBVS, CHRIſtophoro Landſchaden, Eberhardo, Theodorico, & Sebaſtiano à Gemmingen: Dominis ſuis perpetua obſeruantia colendis, Salutem.

CVM SAEPIVS MEDITARER, ET MECVM REPVtarem, pręſtantiſſimi Heroes, quo pacto Biblia in Compendium redigere poſſem, quo duce ſacram Scripturam faciliùs addiſcere, & tenaciùs memoriæ infigere valerem: reipſa comperi, nulla via commodiore hoc præſtari poſſe, quàm metrica: quia metra iuuant animos, comprehendunt plurima paucis. Quare vſus ſum in ſingulis Capitulis duobus Verſuum generibus, Hexametro ſcilicet & Pentametro, exceptis tantum prouerbijs Salomonis, & Eccleſiaſtico, in quibus propter diuerſitatem ſententiarum, quatuor vbiq; verſibus vtendum mihi fuit, quibus omnes ſententias & hiſtorias eorundem circumſtantijs, vt nulla propoſitio, quæ modò fuerit principalis, omiſſa videatur.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0009

Porro vt memoriæ conſulerem, carmen Hexametrum, ordine Alphabetico diſpoſui: pro litera K, quæ rara eſt Latinis, I Conſonante vſus ſum, X verò Y & Z, quæ latinæ non ſunt neceſſariò & conſultò omiſi. Etſi autem Alphabetum aliquoties fuerit repetitum: tamen repetitionem illam per literam initialem Pentametri Carminis diſtinxi, vbi in primo Alphabeto ſemper P, quod primum, & in ſecundo S, quod ſecundum, in tertio T, quod tertium, in quarto Q, quod quartum ſignificat, poſui. In Pſalterio autem, quia octies repetitum fuit, harum literarum vſus nullus eſſe potuit: aliâs enim ex illis nonnullæ bis mihi occurriſſent: illarum ergò vice poſui in primo Alphabeto A, quod primum, in ſecundo B, quod ſecundum, in tertio C, quod tertium, in quarto D, quod quartum Alphabetum ſignificat, & ſic deinceps, vſq; ad octonarium numerũ, vt illius repetitionem diſtinguerem. Quas literas ſi quis diligenter obſeruauerit, haud difficulter, in quo Capite verſetur, deprehendet. Edidit quidem Gualterus, poëta inſignis, eiuſdem argumenti libellum, qui tamen mihi (quod bona cum illius Viri venia dixero) non ſatisfaciebat. Ille enim vtitur in ſingulis Capitulis, quatuor, quinq;, ſex, aut pluribus carmi-

nibus: ego autem breuitati & memoriæ conſultum cupiens, duobus tantùm in ſingulis vtor verſibus. Ille non omnes, ſed tantùm potiores propoſitiones, aut themata coaceruat, & ſingulis plerunq; ſingulos deſtinat verſus: ego autem omnes, etſi non ſemper in ſpecie, tamen in genere allego, & conuenienter connecto: & vno in verſu tres, quatuor, quinq;, aut plures propoſitiones complector. Ille propoſitiones aut themata confusè, prout viſum fuit, coaceruat: ego verò vtor ordine directo, quem Textus ſuppeditat: quo ſtudiosè animaduerſo, Lectori, in ſingula vtriuſq; Teſtamenti Capitula exhibeo Commentariũ, quod ex vtriuſq; Libri, & Textus collatione, verum eſſe non obſcurè conuincitur. Ille numerum Capitulorum per literas carminum initiales non diſcreuit, ſed Lectori ex Textu colligendum, & conijciendum reliquit: ego autem, quod laborioſiſſimum fuit, per literas Verſuum initiales, numerum eorundem argutè diſtinxi: vt candidus Lector hoc abbreuiario duce (modò ediſcat) vno intuitu tota Biblia intueri, & animo complecti poſſit. Quod vtiq; ſingularem induſtriam, laborem inexhauſtũ, ſtudium deniq; indefeſſum poſtulabat, quibus an par fuerim, Lectoris eſto iudicium. Etſi au-

tem hæc omnia in meum priuatum vſum concinnabam, nec quicquam de editione in mentem veniebat: tamen ne Talentum mihi concreditum defodere viderer, volui hunc meum qualemcunq; laborem, cum Lectore communicare. Nam ſcio, hac mea quantumuis tenui opella, nullo propemodum negotio, Biblia planè ediſci & intelligi facilimè poſſe. Quapropter non immeritò eam parua Biblia inſcripſi: plus habet in receſſu, quàm in fronte promittit. Veruntamen, quia exquiſita & mirifica illa breuitas, in qua nulla dictio eſt ocioſa, affectatum & accerſitum orationis nitorem non admittit, & me inſuper ad vſum ſemiquinariæ cæſuræ frequentem, propter ordinis & materiæ neceſſitatem, præſertim in Carmine Pentametro, coêgit, Sycophantarum morſui me fortaſſis exponam: quos tamen nihil moror, dummodo Lectori æquo & candido ſatisfecero. Has autem laboris mei primitias, generis nobilitate, eruditione, eloquentia, & virtutibus inſigni, Philippo de Gemmingen, Hero & Domino meo, piæ memoriæ, offerre & dedicare ſtatueram, vt eſſent perpetuum teſtimonium beneficiorum, quæ ab ipſo & Coniuge illius nobiliſſima & pijſſima Catharina de Gemmingen, Hera & Do-

mina

mina mea, in me collata ſunt: ſed quia mors immatura nobis eum eripuit, nemini meliori iure, quàm vobis præſtantiſſimi Nobiles, hunc meum libellum dedicare conueniebat: quia ipſi ſurrogati, & Tutores filij ipſius nobiliſſimi, VVirichij de Gemmingen, Domini mei, quem non dubitamus veſtigia Patris ſequuturum, deſignati eſtis, præſertim quia Propheticam & Apoſtolicam Scripturam, (cuius Summarium in hoc Enchiridio, quaſi in tabula ſpectandum propoſui) vnicè colitis, meditamini, defenditis, & ad poſteros propagare laboratis. Offero igitur vobis, nobiliſſimi Heroês, has laboris mei primitias, vt veſtrum conatum in propaganda pia & ſincera Doctrina ad poſteros iuuem & excitem, & animi mei erga vos omnes & ſingulos candorem declarem & prodam. Quas vt benignè & æquis animis ſuſcipiatis oro, Deumq; ardenti pectore precor, vt vos vnà cum familijs veſtris diutiſſimè incolumes beatæ Eccleſiæ conſeruet, Amen. Meq; vobis humiliter commendo. Datum Gutenbergæ, Calendis Iulij, Anno 1573.

*Veſtræ Præſtantiæ deditiſſimus,*
*Caſparus Eurymachæra, Eccleſiæ*
*Gutenbergenſis Paſtor.*

# In Geneſin.



A Rte diem, cœlumq́ DEVS terramq́ creauit,
Plantas, ſidus, aues, quadrupedes, hominem.
B landus agit feſtum Deus, hortum plantat, & Adam
Præcipit, omnia qui nominat, Eua datur.
C rimina guſtato cupiunt defendere pomo,
Poſt maledixit eis, expulit atq Deus.
D onat Abel pecorina, Cainq́ trucidat eundem,
Pellitur, & generat, occidit, Eua parit.

Eua

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0014

*E ua Seth edit, Enos Cainam, Malaliq́ꝫ Iareden*
*Prodit, Iared Enoch, Mathuſalemq́ꝫ, Lamech.*
*F it ſceleroſus homo, Dominum contriſtat; & arcam*
*Præparat, & ſeruat bina Noë pecorum.*
*G rex hominum, pecudum, volucrumq́ꝫ ſubintrat in arcam,*
*Per fluctus animans omne, ſuperſtes, obit.*
*H orrida ceſſat aqua, dimiſſa reditq́ꝫ columba,*
*Perdent & terram flumina nulla magis.*
*I n pecudes arcum pacti dominantur habentes,*
*Potus nudatur, Cham reprobatq́ꝫ Noe.*
*I am naſcuntur ab his geniti, pariterq́ꝫ nepotes,*
*Partiti terras, vnicuiqꝫ ſuas.*
*L ingua fuit mutata malis condentibus vrbem,*
*Pregnatos de Sem, cernis, Abramq́ꝫ pium.*
*M ox peregrinatur, patria digreſſus, Abramus,*
*Præſul opes, raptam reſtituitq́ꝫ Saram.*
*N unc altare ſuum, ſocio repetiuit auaro*
*Pulſo, ſpondet ei regna DEVS Canaan.*
*O mnia prædatos, ſuperat Patriarcha regentes,*
*Prædas reſtituit, dat decimasq́ꝫ Duci.*
*P romittit DEVS hæredem, ſemenq́ꝫ futurum,*
*Partitam in ſignum flamma voratq́ꝫ capram.*
*Q uum Sarai ſterilis ſit, Agar concedit Abramo,*
*Porrò ſuperbit, abit, Angelus hanc reuocat.*
*R adices ſpondentur Abræ, ſcindiq́ꝫ iubetur*
*Pendet ab Iſaco ſponſio facta tibi.*
*S uſcipit atqꝫ cibat, trinum Patriarcha regentem,*
*Pubem ſpondentem, pro Sodamaq́ꝫ rogat.*
*T urba viris voluit, quos Loth ſuſcepit, abuti,*
*Perditur hoc ſaluo, qui genitas violat.*

*Vxorem*

V xorem DEVS Abimelech mox reddere iuſsit,
Præmia qui carpto ſuppeditabat Abræ.
A blactatur Iſaac, puero cum ſerua fugatur,
Sanxit amoris Abram, fœdus, & Abimelech.
B elliger ad montem veniens mactare volebat
Semen, quod creſcet, octoq; Milcha parit.
C um Sarai moreretur, agrum coëmebat Ephronis,
Sub propria terra quo tumularet eam.
D euoti dat aquas famuli Rebecca Camelis,
Singula narranti traditur illa proco.
E x Cetura generat natos, eſt Iſmaël auctus
Stirpe, Rebecca parit, ius quoq; vendit Eſau,
F œcundandus Iſaac, timuit quem lædere Princeps:
Sed fugit ob rixas, fœdus amoris init.
G natus Iſaac decepit, ei benedixit, & Eſau
Sublachrymat, fratri ( quem fugit ille ) minans.
H ic benedictus abit, Dominum cernitq; daturum
Seminis augmentum, votaq; fecit ei.
I pſe moratus apud puteum cognoſcit amicam,
Seruit ob hanc patri, prolificatq; Lea.
I am pariunt famulæ binos, totidemq; ſorores,
Seruat & alba ſocer, vellere ſparſa Iacob.
L uſtrat, habens viſum, patrias, Labanq; ſequutus
Sæuit, & à genero, fœdera, carptus, init.
M unera mittit Eſau, Domino cuſtodiat vt ſe
Supplicat, hunc vincit, nomen habetq; nouum.
N unc veneratur Eſau, precibus qui dona coactus
Sumit, abitq; ſuam, fratre rogante, viam.
O ppreſſam Dinam pacto ſibi vendicat Emor,
Sciditur, occidunt hunc in agone fratres.

Pergenti

P ergenti Bethel, Dominus de ſemine fœdus
Suggerit, vxor obit, ſtemmata cerne Iacob.
Q uinq; creauit Eſau genitos, pluresq́; nepotes,
Sed legis Horraos, Edomicosq́; Duces.
R ura cibum portat, viſum recitatq́; Ioſephus,
Sed mercatur eum turba, doletq́; pater.
S anctus Iuda Thamar violat, fraudatus ab illa,
Sed damnata dedit pignus, eiq́; parit.
T ota, regente, domus fit fortunata, Ioſepho,
Stupra negans Dominæ, clauditur ille diu.
V inctis expoſuit timidis duo viſa Ioſephus
Somnia, quæ finis vera fuiſſe probat.
A nnonæ reſerat viſum, regnatq́; Ioſephus.
Tum quintam ſeruat, magna venitq́; fames.
B urſa quid exploras terram, ſub nomine frugum?
Tum ſponſore dato, cuncta patri referunt.
C redit eis puerum pater, & dat munera triſtis
Triſtes ſolatur præſul, edunt hilares.
D um ſequitur præſul, calicem comitantibus illis
Tranſtulit, & Iudas liberat ore reum.
E n fratrem, quem vendiſtis (per numina) veſtrum,
Tranſmittit currus natus, opesq́; patri.
F ertur in Aegyptum cuncta cum prole Iacobus,
Translatoq́; Ioſeph obuiat ipſe patri.
G rex fratrum, genitorq́; petunt à Rege Raëmſem
Terram pro fructu ſubdit, & ære Ioſeph,
H eus repetit promiſſa Iacob, genitosq́; Ioſephi,
Tangit, fauſta precans, primus habetur Ephræm,
I nfregit ſua iura Ruben, Simeonq; Ioſephum,
Terribilis Iudas, fauſtus eritq́; Ioſeph.

Iam

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0017

*Iam ſepelit genitus patrem, comitantibus, illum*
*Turbis, ignoſcit fratribus, auctus obit.*

# In Exodum.

*AVcta labore graui premitur genitura Iacobi*
*Prognatas ſaluat Siphra, timore* DEI.
*Bimeſtrem regina tulit de flumine vatem,*
*Patrans qui cædem, paſcit oues Hobabis.*
*Comparet Dominus Moyſi, ſum nomine, dicit*
*Plebem ſaluabis, me auxiliante tibi.*
*Dat tria ſigna* DEVS, *Moyſes pergitq́; coactus,*
*Præcedit coniunx, obuius eſt Aaron.*
*Ecce iubent regem populum dimittere, quem rex*
*Plure labore grauat, ſupplicat ergò Moſes.*
*Fœdera pactus ego, vos de Pharaone reducam,*
*Porrò Leuitarum nomina cuncta leges.*
*Grandia, per te, ſigna dabo, baculusq́; fit anguis.*
*Pura fluenta cruor, fecit & iſta Magus.*
*Heus ranæ, cinyphes, terram, muſcæq́; replebunt*
*Pœna recedit, iners durior eſt Pharao.*
*Intereunt pecudes, homines ſunt vlcere pleni,*
*Perdens cuncta fugit grando, precante Duce.*
*Iam locuſta venit, terram depaſcit, abitq́;.*
*Palpantur tenebræ, linquere nolo gregem.*
*Lethum primorum prædicit, & aurea plebem*
*Pocula per terram præco parare iubet.*
*Mactans agniculum, poſtes conſperge, celebra*
*Paſchata, prima ruunt, ſolus Hebræus edat.*

*N unc celebrare iubet feſtum paſchale redemptos,*
*Prima dariq́ DEO, circumeuntq́ mare.*
*O bloquitur populus Moyſi, Pharaone ſequente,*
*Per mare tranſit, aquis grex Pharaonis obit.*
*P ſallit, eo pereunte, cohors, hosteſq́ timebunt,*
*Plebs ſalit, & ligno præco medetur aquis.*
*Q uærentes carnem, volucrum ſaturantur aceruo,*
*Putre quod eſt aliâs Manna, quiete manet.*
*R urſus aquam querulæ cogit de marmore plebi.*
*Poſt Amaleck vincit turba, rogante Duce.*
*S ectanti ſocero Moyſes miracula narrat,*
*Perſuaſu cuius perficit ille Duces.*
*T urba ſacerdotalis eris, non tangite montem,*
*Porrò loquente DEO, fulmen & ignis erat.*
*V erba decem recitat, prohibens ſimulacra, ſequeſtrem*
*Plebs ſtatuit Moyſen, ſecta nec ara placet.*
*A manda famulos, cædem, læſoq́ laborem,*
*Solue, nocens grauidæ, bos pereatq́ petens:*
*B os furto raptus, damnum, res credita, ſtuprum,*
*Soluitur, oppreßi ( pignora redde ) gement.*
*C auſas ne corrumpe bonas pro munere Iudex,*
*Sancio feſta, Deo vindice, terra datur.*
*D iſpergit populum, recitans præcepta, cruore,*
*Spectaruntq́ DEVM, nube tegente Ducem.*
*AE s conferre iubet Dominus, fieriq́ tabernam,*
*Seßilis archa, Cherub, menſa, lucerna datur.*
*F itq́ taberna tribus iunctis per clauſtra tapetis,*
*Stantibus & tabulis, quam duo vela tegunt.*
*G rata Deo ſunt ara, Batilla, pedalia, veſtes,*
*Structa taberna ſagis, perpetuumq́ iubar.*

Hin

H inc Ephot, & thorax, gemmis ornata, cathenas
Stricta per alba ſonans, & diadema datur.
I nueſtitur Aron, vitulo caproq́; cremato,
Sanguine poſtremi, datq́; perenne ſacrum.
I amq́; fit ara minor, ſiclum dat quisq;, labellum,
Sanctificans oleum, ſuauis odorq́; datur.
L audandus faciet Oliab prædicta magiſter,
Sabbatha ſeruari ſigna iubetq́; DEVS.
M ox vitulum fecere, Deum placatq́; Magiſter,
Se purgat frater, millia terna cadunt.
N on comitante Deo lugent, remouetq́; tabernam
Scriba, videre modum, mira, Deumq́; cupit.
O blatis tabulis, Dominum, comitetur vt, orat.
Sunt tria feſta, Ducem turba videre nequit.
P ræcipitur requies, iuſſum dat munera vulgus,
Singula Beſeliel vaſa relata facit.
Q uum ſupereſt donare vetat: clauſura, Tapetes
Sunt tabulæ plures, velaq́; facta duo.
R ecta fit archa, duo Cherubim, menſalia, nec non
Sancta lucerna, calix, ara fragransq́; Deo.
S umma fit ara, ſuis cum vaſibus, atq; lauacrum,
Stragula, fulcra, baſes, cernis, & ære data.
T unc fit Ephot, clauſtris thorax, gemmisq́; refertum.
Sic diadema, toga, & facta dedere Duci.
V aſa tabernaclo ponuntur in ordine facto
Singula, ſed Domini gloria replet idem.

# In Leuiticum Moyſis.

Armentum,

ARmentum, pecus, & volucres, holocauſta, cruore
Perfuſo, penitus ſecta, cremare iubet.
B urſa cibis miſcet oleum, cum thure, ſalemq́;
Poſtea fermentum, melq́; vetatur ei.
C um quis agit grates Domino, pinguedo crematur,
Partem ſed reliquam iure miniſter edet.
D elicti, ſparſo, ſerua mihi, ſanguine, renes,
Princeps ſacrificat, aut idiota caprum,
E rratum reticens, tangit qui turpia, mendax,
Prædo, caprum, aut volucres, offerat, aut ſimilam.
F ert holocauſtorum legem, panesq́; miniſtri
Participant, Aaron crimina ſolus edat.
G rex Aaronis edat delicta, cibosq́; lauatus,
Pectora ſeruat, obeſt ſanguis adepsq́; tibi.
H ic cremat induto vitulum, caprosq́; miniſtro,
Poſterioris eum ſanguine purgat, edat.
I mmolat ergo nefas, holocauſta, cibosq́;, Magiſter,
Præſcriptum ſeruans, flamma voratq́; ſacra.
I am perit igne Nadab, prohibet quem flere, merumq́;
Præco, iubentur edi pectus & armus ibi.
L audo remandentes pecudes, piſcesq́; piloſos,
Prædantem volucrem, aut reptile nullus edat.
M ater habens pueros, medium quartale laborat,
Per totum genitas, hoſtia purgat eam.
N unc candore, ſituq́; lepram cognoſcis, & vlcus,
Pſoram caluitium palliolíq́; notas.
O ffert & volucres, agnos, ſimilamq́; leproſus,
Purgatur, quorum ſanguine lepra domus.
P ollutus maculat tibi vir, vel fœmina ſcamnum,
Purgatur volucres, agniculosq́; litans.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0021

Qui vitulum caprumq́ litat, ſpargitq́ cruorem,
Proſcribit caprum relliquiasq́ cremat.
Rem mactans adipem Domino, cum ſanguine defer,
Perdetur veſcens ſanguine ſpurcus homo.
Sanguine cognatos octo, ſenosq́ propinquos,
Suffuge, quos violans gens Cananæa, perit.
Taxatur reliquum, meßis, fraus, vltio, ſtuprum,
Planta, Magus, crines, ſabbata, pondus, inops,
Vota Moloch faciens, patri qui iurat, adulter,
Pollutusq́ perit, ſpurcitiasq́ fuge.
Abſtineat luctu, tangat nec funera præco
Scortum non habeat, corporis atq́ notam.
Burſa ſacerdotalis edat, non aduena, ſanctum,
Sed mundata, DEO non vicioſa dabis.
Conſtituit paſcham, frugumq́ noualia, Legem,
Succentumq́ tubæ, ſabbata ſumma, Caſam.
Deinde lucerna DEO coram, panesq́ locantur,
Sternunt iurantem, fert nocumenta, nocens.
Eſt annus ſeptenus homo, gaudentq́ grauati,
Sunt redimenda tibi terra, domus, & homo.
Fœdera tranſgreſſum, febris torquebit, & hoſtes,
Summa fames, onagri, peſtis, imago, metus.
Grex hominum, pecus, atq́ domus, deuotus ager, quæ
Sint redimenda modo, non anathema, decem.

# In Numeri quartum Librum.

ASſcitis ducibus, fortes numerantur ad arma,
Per tribuum cunctas, excipiturq́ Leui.

Bellantum

B ellantum tribuum, ponuntur in ordine caſtra,
Præſidet & Princeps, vnicuiq; ſuus.
C onnumerat Cahat & Gerſon, Merariq; nepotes,
Primitiæ facti, vaſa domumq; ferunt.
D eportat velata Cahat, Gerſonq; tapetes,
Poſt Merari tabulas, ſumma relata grauis.
E ijcitur ſpurcus, quintam ſuperaddere damno
Præcipit, & ſcortans ebibit vxor aquas.
F ortè merum vitat Nazir, non raditur, & non
Polluitur, ceſſans fert holocauſta DEO.
G randia plauſtra dedit Domino donata, Leuitas,
Præco, dedere Duces dona quaterna DEO.
H oſtia mundatos, populo præſente, Leuitas,
Pro primogenitis, conſecrat officio.
I nculcat paſcham Dominus, diſpenſet vt inquit
Pollutus, nubes caſtra mouere docet.
I am clangente tuba, procedunt ordine caſtra,
Præceduntq; Duces, monſtrat Hobabq; viam.
L uxoſum populum renuit ſufferre Miniſter,
Præficit ergo ſenes, dat volucresq; DEVS.
M urmuris eſt cauſa, Domino iurgante, Maria
Paſſa lepram, facta munda, rogante Duce.
N unc proceres mittit, terram cognoſcere ſanctam,
Præſtat, & eſt fortis, terra, voratq; viros.
O ptat turba necem, Moyſes placatq; furorem,
Per deſerta patres, vt perimantur, eunt.
P raponas oleum, ſimulas, vinumq; litandis,
Plebs tranſgreſſa litat, ligna peritq; legens.
Q ui cupit eſſe prior, deſcendit ad infima, Korach,
Portio iuſtificans hunc, perit igne graui.

R ectorum tribuum virgas fert præſul ad ædem,
Porro virens Aaron murmura virga domat.
S umat primitiasq́ ſacrum, primosq́ ſacerdos,
Porrò Leui decimas, quem decimare iubet.
T otius exuſtæ cineres ſunt balnea Vaccæ
Pollutum mundant, illius atq; domum.
V ulgus aqua reſponſat egens, quam ſaxa dederunt,
Plebs declinat Edom, mortuus eſt Aaron.
A radium vincit populus, quem vulnerat anguis,
Soluit caſtra, Sehon ſubiugat, Ogq; ſibi.
B is Bileam Moabita vocat, maledicere plebi,
Sed DEVS hunc prohibet, ſubſtat aſella loquens.
C onſecrat ille Deo, vicibus vaditq́ duabus,
Sola precans populo fauſta, iubente DEO.
D imanat velut vnda Iacob, fortisq́ Leæna eſt,
Subdet ſtella Iacob Ethnica regna ſibi.
E cce Duces pereunt, populo ſcortante, trucidans,
Scortantem Phinees, fœdera pacis habet.
F ortes, extinctis patribus, per ſtemmata natos
Supputat, vt terram diuidat his Moyſes.
G nata patri, vel amicus erit tibi proximus, hæres,
Subſtituit Ioſuam Dux moriturus ibi.
H inc iuges dat oues, ſimilam, vinumq́, quod augent
Sabbata, luna, Phaſe, ſpica, bouesq́ dabunt.
I nſtituitq́ tubam, feſtum luſtrale, tabernam,
Sacrificare boues, agniculosq́, iubet.
I uramenta pater genitæ, ſponſæq́ maritus,
Seruorum dominus, ſoluit, at absq; mora.
L uctati Madian prædant, matresq́ iubentur
Sternere, mundantur, diſtribuuntq́ bona.

Murmuris

*Murmuris accuſat Moyſes, Ierichonta petentes,*
*Se gladio fratres velle iuuare ferunt.*
*Nomina quadragintā duo præſcribit eremi,*
*Submanſere quibus, perdere cuncta iubet.*
*Omnes per tractos, terram menſurat habendam,*
*Subdiuiſuros nominat atq; Duces.*
*Presbiteris loca certa, necem patrantibus atq;*
*Subſidium, ſtatues, perde ſed enſe reum.*
*Quælibet ergo ſuo nubat de ſtemmate virgo*
*Sacra viro, tribuum ne varientur opes.*

# In Deuteronomium.

*AScitis Ducibus vetui corrumpere iura,*
*Primorum ſpernunt dicta, ruuntq; patres.*
*Bellax turba Seir, Moabem non lædit, & Ammon,*
*Perdentes Anakim, ſed ferit enſe Seon.*
*Concidere Baſan, terramq; dedere Manaßi,*
*Prælia geſturo, dux neq; tranſit aquas.*
*Doctrinæ nihil adde meæ, nec ſculptile fingas,*
*Perduxit ſolos vos Deus igne ſuo.*
*Exponit præcepta pius tibi ſingula Moyſes,*
*Plebs Mediatorem quem ſtatuere ſibi.*
*Fac totus venerere DEVM, legisq; memento,*
*Porro Dei ſeruus ſis, puerosq; doce.*
*Gentes perde, Deus clemens tibi ſubdidit iſtas,*
*Porro beatus eris, fert Deus vltor opem.*
*Hic vos pane cibat, non eſt detritus amictus,*
*Paſtus, virtutis ſis memor ergo DEI.*

I pſe ſua virtute malos, non robore veſtro,
Perdet, nam Vitulus, quem coluiſtis, obeſt.
I ura refert confracta, gerunt, habitacula patres,
Pectus amore DEO, pauperibusq; dica.
L egem transgreſsi pereunt, dabo flumina terræ,
Præceptumq; nota, ſed maledicta manent.
M unera, vaſtantes lucos, portetis ad ædem,
Perfuſo, carnem mande, cruore, domi.
N oxia perdatur, ſigno comitante, Propheta,
Proximus atq; tuus, vrbsq; propinqua, docens.
O ſtenduntur edenda pijs animalia, Leui
Præſtentur decimæ, pauperibusq; ſuæ.
P ræmia condona fratri, famulosq; relaxa,
Pauperibus fer opem, fortia prima DEO.
Q uid ſit Paſcha, quid hebdomades, viridisq; taberna,
Perdere iura vetat, & ſimulacra coli.
R ectores ſtatuuntur, obit qui ſidus adorat,
Præsbyter eſt Iudex, herus & iſta legat.
S unt armus, venter nec non maxilla, Leuitæ,
Perdatur Python, deinde Propheta datur.
T ransfugij ſtatues, cædem patrantibus, Vrbem,
Pœnam, qua teſtis vult onerare, ferat.
V erus adeſt DEVS in bello, timidisq; reuerſis
Parcite ſubiectis, gens Cananæa ruat.
A ſt cædes purganda latens, tibi capta ſit vxor,
Sit potior primus natus, obitq; malus.
B os luxans, veſtisq; prophana, cubansq; volucris,
Structa corona, ſatum, ſuppliciumq; ſtupri.
C aſtratus, Mamzerq;, Moab, non præſit, & Abde,
Seruum, non ſcortum, fœnora, vota, feras.

Diſcedens,

D iſcedens, ſponſus, pignus, fur, atq; leproſus,
Summa remiſſa, nocens, iura relicta, ſeges.
E cce ferit Iudex, nuptam fratriſq; marita,
Sit tibi libra valens, cædito pòſt Amaleck.
F erre iubet Domino primas & dicere grates,
Sunt inopum decimæ, pacta tenete Dei.
G randibus inſcribas ſaxis præcepta redemptus,
Sed maledicta Moſes fert duodena malis.
H eus benedictio, pugna, lues, caligo, rapina,
Sterilitas, hoſtes, eſca, tremorq; manent.
I nculcat benefacta, ferens abſynthia radix
Scinditur, & gentes aſpiciendo gement.
I am reſipiſcentes reuocat Dominator, abactos,
Sermo propinquus adeſt, vita, malumq;, meus.
L uctantes hortando iubet mandata referre,
Seruitura Dijs, turba proterua ruet.
M agnificus Deus ingratis benefecit, adorant
Sculptile, delebo quos Deus vnus ego.
N auus erit Iudas, Leui, cum Beniamin, Ephraim,
Sic Zabulon, Iſaſchar, Dan, Gathe, Nephtal, Aſer.
O ccumbit ſummus, viſa tellure, Propheta,
Sed præſtans membris, hunc ſepelit Dominus.

# In Ioſuam filium Nun.

A D terram Dux fortis eris, legemq; teneto,
Præcedat Ruben, turba vouetq; Duci.
B inos abſcondit Raab, & dimittit ab vrbe,
Proli ſe cuius parcere velle vouent.

*C aſtra mouens, arcam populo præmittit Ieſus,*
*Plebs per Iordanem, ſtante meabat aqua.*
*D e ſicco tollunt lapides Iordane Tribuni,*
*Ponunt quos genitis in monumenta ſuis.*
*E xtimuere mali, dux circumcidit adultos,*
*Paſcha fit, Angelico ſupplicat ille viro.*
*F ortem præcipitat clangor Ierichonta, ſed harem*
*Perdit, ſeruatur ſtemma fidele Raab.*
*G rex multos percußit Hai, Dux pronus adorat,*
*Peccat Acham furto, & ſorte repertus, obit.*
*H oſtibus inſidias ponunt, feriuntq; ſequentes,*
*Petris inſculpunt verba, leguntq; Decem.*
*I mpetrat Gabaon pacem, mentita Tribunis,*
*Parcenti populo, ligna ferunt & aquas.*
*I am pereunt Reges, Gabaon vaſtare volentes,*
*Prædia Lebna, Lachis, Dabir, Eglon & Hebron.*
*L uctantes feriunt reliquos, vaſtantur & vrbes,*
*Partiti prædam, conficiunt Anakim.*
*M actati tenuere Baſan, terramq; Sehonis,*
*Poſt triginta duces, tresq; per arma ruunt.*
*N ondum ſubiectas iuſſus diſpendere terras,*
*Prædia lata Ruben, Gadq;, Manaſſe refert.*
*O ptima laudanti terram, promiſſa Calebo*
*Pars eſt, cedit ei nobilis Arbe viris.*
*P ars eſt ampla tribus Iudæ, fortisq; Calebus*
*Perdit Anack, Iudæ nominat ergo locos,*
*Q ualibus eſt diſtincta locis, & finibus, ingens*
*Pars Ephraim cernis, parcit & ille Gaſer.*
*R eſtantis legito Natos, ſortemq; Manaßis,*
*Porro iubet Raphaim perdere præſul eos.*

Septem

S eptem per partes reliquam deſcribere terram,
Præcipit, & tellus Beniamin ampla datur.
T unc Simeon, Zabulon, Iſaſchar, Dan, Naphtal & Aſer,
Præbet ſorte ſuos, nominat atq; locos.
V rbs Kades, Arbe, Sichem, Baſer Ramotq; Golanq;
Præſulis ad mortem ſaluat ab enſe reum.
A dnumerantur ibi cædunt quæ prædia Leui,
Sorte ſua, Tribubus dantibus illa pijs.
B urſa ſuam repetit terram, poſt prælia Ruben,
Structa ſed in ſignum, diſplicet ara pijs.
C anus ait Ioſue: Dominum, præcepta, timete,
Seruantes, genti iunctus ab enſe rues.
D uxit Abram Deus in Canaan, genitosq; fretum per,
Subdidit eis hoſtes, plebs vouet eſſe pia.

# In Iudicum librum.

A Tteritur Beſeck, Achſam ſpondetq; Calebus,
Proditur atq; Bethel, viuere gens ſinitur.
B uccinat excidium populo ſcortante, Propheta,
Præfectus ſpernit turba, colitq; Baal.
C omprimiturq; iugo, genti commixta relictæ,
Perdidit Ottho Chuſan, transfodit Aiot Eglon.
D ebora dat mandata Barack, Siſeramq; fugarunt,
Perfodit hunc Iahel, monſtrat eumq; Barack.
E ſt claudens inimicus iter (cantate) peremptus
Per Tribuum tenues, eſt benedicta Iahel.
F ructus depaſcunt hoſtes, Gedeonq; vocatur,
Proſternitq; Baal, vellus ab imbre madet.
G rex numeroſus abit, Gedeon per ſomnia fortis,
Præcipitat Madian, opprimit atq; Duces.

Hic Ephraim placat, panes ſternitq́, negantes,
Princeps eſſe negat, cauſa mali fit Ephot.
Irruit Abimelech, fratres quem ligna regentem
Poſcunt, periuram deſtruit atq; Sichem.
Iudex Thola, Iairq;, cadunt, venerata penates,
Plebs ſerui Moabi, valde rogatq; DEVM.
Lactant Iephte ſenes, terram ſe iure tenere,
Prædicat Ammoni, filiolamq́; litat.
Maximus eſt Ephraim propter ſua murmura cæſus,
Poſt Iephtam regnant Abdon, Abetſan, Elon.
Nuncius apparens ſterili, Manohæq́;, futurum
Prædicit Naſir, hoc abeunte timet.
Optatam ducit Samſon, perimitq; Leonem,
Præcipitat gentem garrula ſponſa ſuam.
Per Vulpes ſegetem cremat, & ſua vincula rumpit,
Perdit mille viros, & recreatur aquis.
Quæſitusq́; tulit portas, quem Delila prodit,
Porrò bibunt hoſtes, quos moriendo necat.
Redditur argentum matri, quæ ſculptile fecit,
Presbyter illius fit peregrinus homo.
Sorte carens, Lachis explorat Dannita, Michæam,
Prædat, ei minitans, cæpit & enſe Lais.
Tollens vir Mœcham, Gibeæ pernoctat, & illa
Per ſtuprum cecidit, cæſa datur Tribubus.
Vult Gibeam delere cohors, bis victa triumphat.
Pars cremat vna fores, ſternit & vna mares.
Abſentes perimunt Gabes, reliquisq́; puellas
Spondent, ſaltantes diripuiſſe iubent.

## IN LIBRVM RVTH.

AD patriam reditura, Viro, genitisq; ſepultis,
Triſtat amica nurus, ſe vocat atq; Maram.

*B os Ruth collaudat, quòd ſit comitata Naêmi,*
*Paſtæ dat ſpicas, huic benedicit anus.*
*C ulta venit Ruth, nocte, ſuo blanditur amico,*
*Qui benedixit ei, conſiliumq́ʒ dedit.*
*D ucit eam cedente ſuo de iure propinquo,*
*Fauſta precantur eis, Ruth generauit Obed.*

# In primum Samuelis librũ.

*ANna Siloh repetit ſterilis, vexatur, & ambit*
*Prolem, gignit eam, mancipat atqʒ DEO.*
*B ella Dei canitur humiles clementia tollens,*
*Prædat Heli carnes, deijcienda domus.*
*C urrit ad Heliam Samuel, ter nocte vocatus,*
*Prædicuntur ei triſtia fata ſenis.*
*D iſpergit reprobos, archamq́ʒ Palæſtina captat,*
*Præcipitatus obit, præſul & vna nurus.*
*E necat arca Dagon, quoties transfertur ad vrbes,*
*Perdit eas, facit aut poſteriora pati.*
*F ecerunt anos, ſuaſu, muresq́ʒ Magorum,*
*Pars arcam cernit Bethſamis, atqʒ ruit.*
*G ibea ſeruat eam, populus reprobatq́ʒ penates,*
*Præualet atqʒ malis, vate rogante DEVM.*
*H uius degenerant nati, Vulgusq́ʒ regentem,*
*Poſcit, quod Samuel regia iura docet.*
*I nquirit Saulus pecudes, Vatemq́ʒ propinquum,*
*Participatq́ʒ ſacros cum Samuele cibos.*
*I am quis ſit venturus ei prædicitur, illum*
*Pneuma replet, Regem, ſorte repertus agit.*
*L umine vult Ammon cunctos priuare Tyrannus,*
*Plebs collecta fugat, atqʒ trucidat, eum.*

Munera

M unera non captat Samuel, Dominiq́; recenſet
Prælia reiecti, quo rogitante pluit.
N unc collecta timet ſtatio, fugitatq́; Philiſtim,
Peccat ſacrificans præco, carentq́; Fabris.
O mnia caſtra fugat Ionathas, vitamq́; fauore
Plebis, tranſgreſſus pacta paterna, tenet.
Parcit Agag, quem iuſſus erat delere, Magiſter,
Præſul carpit eum, denegat atq; preces.
Q ui genitis Iſai præfert, vngitq́; Dauidem,
Pſallentem cithara, Saule furente ſua.
R aris indutum, portans alimenta, Gigantem
Perdit, ſpe lucri, Saule vetante Dauid.
Saulus eum, quem natus amat, delere laborat,
Præputijs centum vendit eiq́; Michal.
T ranquillat Ionathas patrem, Dauid, enſe petitus,
Præfugit, hunc quærens, latro prophetat iners.
V itam promittit Ionathas, purgatq́; Dauidem,
Præmonet iratum miſſa ſagitta Ducem.
A chimelech præbet panes, gladiumq́; Dauidi,
Se ſtultum ſimulans, liber ab hoſte fugit.
B urſa paterna Dauid ſequitur, delatus iniquè,
Sternitur Achimelech, Abbiatarq́; fugit.
C eilam ſaluat, eum reprobi produntq́; Siphæi,
Saul concludit eum, ſed reuocatus abit.
D einde Dauid latitat, chlamidem ſcinditq́; cacanti
Sauli, quem ſignum monſtrat amoris ei.
E xtirpare Nabal dux vult, alimenta negantem,
Serui perſuaſu, nupta futura vetat.
F ert in nocte ciphum, caſtris ſtertentibus, abſens
Sauli monſtrat eum, ſe docet eſſe pium.

G eth repetit Dauid, & gentes prædatur, at herus
Solos Iudæos hunc ſpoliare putat.
H oſte Philiſtæo, iußit, veniente, Prophetam
Saul reuocare Magam, qui ſibi fata refert.
I ra Ducum compellit Achem dimittere ſeruum,
Syncerus quamuis ſæpe repertus erat.
I am qui diripuere Sicklag prædantur, & ægro
Submonſtrante viam, præda relata fuit.
L uctans Saul cecidit, patriam fugiuntq; timentes,
Saul ſpoliatur, humat quem populus Gilead.

# In Secundum librum Regum.

ANnuit occiſum Saulem puer, atq; coronam
Portat, & occumbit, mors caniturq; Ducis.
B urſa Dauid deſcendit Hebron, laudatq; Iabæos
Præficiens herum, confodit Abner Aſaël.
C reuit prole Dauid, Abner defecit ab hero,
Pergit Hebrona, ruit, plangit eumq; Dauid.
D um ſtertit, Domino truncat caput enſe Magiſtri,
Portantes illud ad Dauid, enſe ruunt.
E lectus Solymam Dauid expugnauit, & arcem,
Prolificat, iuſſus diſsipat atq; malos.
F ert Arcam Gibeone chorus, ſuccumbit & Vſa,
Pſallentemq; Dauid carpit inepta Michal.
G natum cuncti potens templum fundare volenti
Promittit, cuius refricat acta Dauid.
H oſtiles gentes, Reges domuitq; rebelles.
Pacta Thoi pangit, quinq; reguntq; Duces.

Ipſe

I pſe vocat Rex Miphiboſet, præbetq́ paterna
Prædia, quem paſcit, Siba laborat ei.
I am qui conſolantur Hanon raduntur amici,
Poſtea conductis vincitur ille Syris.
L uctatum prægnante, Dauid, muliere, maritum
Prouocat ad Venerem, deinde necare iubet.
M ollit ouis problema Dauid, moriturq́ puellus,
P oſt Rabbam, genito Rex Salomone capit.
N unc Ammon, qui fraude Thamar violauit amittam,
Prandit apud fratrem, quo feriente cadit.
O ccidit fratrem genitus mulieris, & ipſum,
Princeps abſoluit, Abſalon ergo redit.
Plebem demulcens, reprobos collegit in Hebron,
Porro Dauid fugitat, archa Chuſanq́ redit.
Q uid Siba donet habes, fert rex maledicta libenter,
Proditor ingreſſus, ſtupra nefanda patrat.
R etractatq́ modum Chuſai, quem ſuadet Apollo,
Prodit eum Regi, qui veneratus abit.
S umit mille decem, reprobos proſternit, & herum
Perfodit, & Regi nunciat iſta Ioab.
T axatur plorans victor: ſatagitq́ reduci,
Parcit Saulitis, Barſalaiq́ redit.
Vir Seba ſciſma facit, biduum neglexit Amaſa,
Perdit eumq́ Ioab, truncat Abelq́ Sebam.
A fflixit Gabaon genitos de ſtemmate Saulis,
Sed Dauid hos ſepelit, monſtra caduntq́ tria.
B elliger arx Deus eſt, iaculans ſua fulmina, iuſtum
Seruat, bella docet, ſubiugat atq́ malos.
C reſcit vt herba Dauid, reprobi ceu ſpina flagrabunt,
Septem & triginta fortibus ille viget:

Dum

*D um populum numerare iubet, datur optio triplex,*
*Seligit is peſtem, ſacrificatq́ Deo.*

# In tertium librum Regum.

*AMbit Adonias, rigido genitore, Ducatum,*
*Præfecit Salomon, matre rogante, Dauid.*
*B is monitus legis, fratrem conſternit, amicam*
*Poſcentem patris, poſt Ioab & Simei.*
*C onfertur, dum ſacrificat, ſapientia Regi,*
*Perdiues puerum dimediare iubet.*
*D iſce Duces, & quæ cunctis alimenta diebus,*
*Præbuerint, & equos, ingeniumq́ Ducis.*
*E xhibet oranti Tyrius ſua ligna Magiſtro,*
*Perlege cæſores, artificesq́ domus.*
*F orma domus, tabulæ, paries, pictura, ſacellum,*
*Poſt Cherubim, poſtes, cultus & atriolum.*
*G randia quinq́ facit cultis habitacula ſaxis,*
*Poſtes, ſtagna, baſes, pluraq́ vaſa DEO.*
*H uc, DEVS, apparet, turbis portantibus archam,*
*Poſtulat audiri, ſacrificatq́ regens.*
*I pſe reges pietate diu, moriere malignus,*
*Placat Hiram, munit oppida, regna domat.*
*I am precium Regina Duci, nauesq́ tulerunt,*
*Parma, thronumq́ ſibi, curriculosq́ parat.*
*L uxuriat nuptis Salomon, ſtatuasq́ veretur,*
*Pungit Hadad, Raſon, Ieroboamq́ ſenem.*
*M ultiplicante iugum Robea defecit ab illo*
*Plebs, vnctusq́ facit Ieroboam vitulos.*

*Nil*

N il contra Bethel voluit guſtare prophetans,
Poſt manducat, obit, hoſpes eum ſepelit.
O ccaſum pueri Dominæ, ſcrutatus Ahias,
Prædicit, Robeam præda malignus obit.
P eſtis Abia regit, Benhadat ſibi fœderat Aſa.
Percußitq́ genus Ieroboæ Baaſa.
Q uaſſat Elam Zambri, quod Ehu prædixerat hero,
Perditur, eſt Amri, filius atq́ malus.
R ecludens cœlum, per aues eſt paſtus Helias,
Per Viduamq́, cui viuificat puerum.
S emina quærit Ahab, quem dux inuitus Heliæ
Prodit, flamma vorat ſacra, deinde pluit.
T ransfugit à Ieſabel, potatur ab æthere, clemens
Per viſum factus, conſecrat agricolam.
V incit Ahab Syrios, iterum ſternitq́ reuerſos.
Parcentem iurgat valde Propheta duci.
A rte necat Regina Nabot, vineta negantem,
Subuerteris Ahab, atq́ propago tua.
B ellax credit Ahab falſis, clauditq́ Michæam,
Succumbit bello, rectus obit Ioſaphat.

# In quartum librum Regum.

A Rguit ad Baalim vates cum mitteret ægrum
Poſtea capturos ſe cremat igne Viros.
B enna tulit vatem, ſocius quem mittere non vult,
Poſtea ſanat aquas, Vrſa vorat pueros.
C apturo Moabem, vates dat flumina Ioram,
Perditur ergo Moab, Meſa litat genitum.

Dat

D at ſuccum viduæ, puerumq́; reſuſcitat heræ,
Pultem reſtaurat, multiplicatq́; cibos.
E ſt Naêman, dum ſe clauſa ratione lauaret,
Purgatus, lepram ſeruus auarus habet.
F erra facit natare, dolum proditq́; Syrorum,
Perdere iurat eum rex veniente fame.
G nauiter explorata, Syro fugiente, leproſi
Produnt caſtra Duci, vilis auena fuit.
H oſpita regreditur, Benhadat conſultat Eliſam,
Perdit Edom Ioram, eſt Rex Ahaſia malus.
I pſe Iehu tinctus, Dominum delere iubetur,
Proſternit reges, Ieſebel atq; malam.
I uſsit Ahab delere Iehu, fratresq́; trucidat
Principis, atq; Baal vaſtat, obitq́; malus.
L ux occultatur Iohoas, Atalia nepotes.
Perdit, Ioiada quam conterit, atq; Baal.
M andat ab ære domum gratis reparare tributo,
Prædat eam Syrio, per famulosq́; ruit.
N unc Syrus expugnat Ioacham, Iehoasq́; ſagittat,
Pellit Eliſa necem, ter cecidere Syri.
O ccidit ſeruos Amaſia, Ioasq́; ſuperbum
Prædat & Oſias, Ieroboamq́; regunt.
P oſt Zachari, ſellum, Manahem, Phaceasq; gubernant,
Pæca, & Hoſea, Iothan, perdidit alter vtrum.
Q ui natos comburit, Ahas dat munera Tiglat,
Poſt altare facit, vaſa domus variat.
R ure litans, ſimulacra colens, ſpernensq́; Prophetas,
Plebs, eſt capta, tenet gens inimica locum.
S uſtulit Hiskias lucos, dat munera Regi,
Poſſe iuuare Deum, qui negat, atq; Ducem.

T riſtis ſolatur, blaſphemat epiſtola, ſignum
Præbetur, perimit millia multa DEVS.
V ita fuit dilata Ducis, creſcentibus vmbris,
Prodit opes hoſti, iurgat eumq́; videns.
A cta Manaſſe patris mutat, vateſq́; minantur
Supplicium, moritur, deinde patriſſat Amon.
B ellus erat, iuſsitq́; domum reparare Ioſias,
Supplicium inuenti refricat Hulda libri.
C ultores Baalim, lucos, deleuit, & aras,
Sculptilia, atq; Magos, penſa dedit Ioachim.
D iſperdit Babylon Ioachim, per fata rebellem,
Suffert cum Ioachim millia rege decem.
E ffugit princeps, hoſtis quem retrahit, Vrbem
Sternit, vaſa tulit, Dux Gedalia cadit.

# In primum librum Paralipomenon.

A Dnumeratur Ada, Iaphet, & Sem, Chamq́; propago,
Poſteritas Abrahæ, Seir genus, atq; Duces.
B urſa Iacob, Iudæq́;, Raam, datur, atq; Calebis,
Prolem Ieremeel, atq; Calebis habes.
C omplures natos cernis genuiſſe Dauidem,
Prognatoſq́; Duces à Salomone ſibi.
D at Sobal, Huris, & Aſſuris, Gileadq́; nepotes,
Poſt Caleb, & Sælæ, ſtemma, locoſq́; Simon.
E numerata Ruber, Gaddis proleſq́; Manaſsis,
Prædat Agarenos, tranſtulit hoſtis eam.
F ortia natorum cernes ibi germina Leui,
Prolem Cantorum, & quos tenuere locos.

Gnatorum

G natorum genus eſt Iſaſchar, cum Beniamin, auſtrum,
Prole, Manaſſes, Ephraim creuit, Aſerq́; minor.
H eriles repetitq́; Duces de Beniamin ortos,
Progenies Saulis multa refertur ibi.
I pſe reuertentes numerat, templiq́; miniſtros,
Percenſet regis Saulis, vt antè, genus.
I am Saulus, parcente ſuo cadit enſe miniſtro,
Prædatur, Galaad fidus eum ſepelit.
L ector habes vnctum Solymam cæpiſſe Dauidem,
Pluribus eſt auctus fortibus ille viris.
M ulta fuit, fugiente Dauid, comitata propago,
Plures de Tribubus hunc adeunt in Hebron.
N unc ſenibus cunctis arcam præſentibus, ad ſe
Perfert attingens vſa necatur eam.
O ffert ligna Tyrus Regi, qui germina profert
Plura, Philiſtæos bis fugat atq; malos.
P orrò Sacerdotes arcam portare canentes,
Prauius ille iubet, arguit vxor eum.
Q uos ſtatuit, Pſaltes Domini meminiſſe tuentis,
Pactorum, & gentes hunc celebrare, iubet.
R egius eſt hæres, templum fundare volenti
Promiſſus, laudat qui benefacta Dauid.
S ubdit Adareſer, Moabes, Dauid, atq; Philiſtim,
Pacta Thohu cernes, eximiosq́; Duces.
T ransmiſſos corradit Hanon, gentumq́; cohortes
Plures conduxit, quas Ioab arte fugat.
V aſtat Amona Ioab ferris, diadema Dauidi
Præbuit, Athletæ tres ſuperantur ibi.
A populi numero peſtis graſſatur vbiq;,
Supplicat, atq; aram vendicat ære, Dauid.

 Bella

*B ella vetant, quod tu fundas, me condere templum,*
*Sis fortis, quia ſunt omnia parta tibi.*
*C onſtituit Cahat, & Gerſon, Merariq́ nepotes,*
*Sacrificare boues, & celebrare* DEVM.
*D iſtribuitq́ vices Aaron de ſtirpe virorum,*
*Stemma Leui reliquum ſuppatet atq́ tibi*
*E ſt ſupremus Aſaph, Ieditum, cantator, & Heman,*
*Succedensq́ genus, ſub vice quiſq́ ſua.*
*F auces Mêſelemias, Obed, Semaias & Hoſa,*
*Semen & ipſorum claudit, & æra ſequens.*
*G natos turmarumq́ Duces, Tribuumq́ Magiſtros*
*Seruorumq́ Dauid Regis, habeto Duces.*
*H eus Salomon,* DEVS *ipſe iubet te condere templum,*
*Sume ſed exemplar, materiamq́ domus.*
*I mpenſas Dauid, atq́ Duces dant munera, Regum,*
*Solius Domini, ſacrificatq́ boues.*

# In ſecundum librum Paralipomenon.

*A ſcendit rex in Gabaen, offertq́, petita*
*Prima Sophia datur, curriculosq́ parat.*
*B urſa datur, cædens lapides ad templa, fabrorum*
*Præbet opes Salomon, ligna fabrumq́ Tyrus.*
*C erta domus, ſanctiq́, datur menſura, per aurum*
*Perficiendorum, vela, Cherubq́, baſes.*
*D ehinc altare, bouesq́ maris, candelabra, menſam,*
*Pocula, concludens plurima vaſa refert.*
*E cce vocat cunctos, arcam portare miniſtros,*
*Pſallentes, mactant millia multa boum.*

F irma ſit oro DEVS patri promiſsio dicta,
Percipe poſco preces, quando precamur ibi.
G loria fert holocauſta, preces audire piorum
Promittit Deus, & vult reprobare malos.
H inc vrbes reparat, gentes ſubigitq́; relictas,
Per tria feſta litat, nauibus auget opes.
I pſa dedit regina, videns magnalia, Regi,
Pramia, ſcuta, thronum regis, opesq́; vide.
I am Roboam grauiore iugo vexare popellum
Præſumente, tribus hunc renuere decem.
L uctari Semeia vetat, rex oppida munit,
Presbiteri redeunt, aucta propago Ducis.
M unitas vrbes vaſtat, ſpoliatq́; Sionem,
Princeps Aegypti, rex moriturq́; malus.
N onne rebellaſtis regi, vatesq́; fugaſtis?
Prædicat Abias, Ieroboamq́; capit.
O mnes confregit lucos, muniuit & vrbes,
Plura, DEVM rogitans, millia, ſtrauit Aſa.
P uniuit DEVS ante malos, iuſtisq́; pepercit,
Plebs ſimulacra terit, vota vouetq́; DEO.
Q uem conduxit Aſa, vaſtat munimina Baaſæ,
Poſtea captat Hanon Aſa, doletq́; pedes.
R ex pius eſt Ioſaphat, legem curatq́; doceri,
Præſtans eſt opibus, fortibus atq́; viris.
S educunt regem vates, capiturq́; Micheas,
Prælia diſſuadens, occidit ictus Ahab.
T eſtatur vates Ioſaphat pietate redemptum,
Ponit iudicium, dogma deinde pium.
V ere pater defende datam, ſub fœdere terram,
Perduntur reprobi, dixit vt ante videns.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0041

A rte Ioram fratres, Edom perimitq́; rebelles,
Scortator factus, viſcera fundit, obit.
B arbariem patris ſectatur, opemq́; Ioram fert
Stultus Aſarias, qui periere ſimul.
C oruenit, atq; Ioas ſtatuit plebecula Regem,
Sternit Reginam, ſacra teritq́; Baal.
D ona Deo conferre iubet, templumq́; parari,
Subſternit Vatem, victus ab hoſte perit.
E xtirpat famulos, Ephraimq́; remittit Amaſa,
Sternit Edom, peccat, prædat eumq́; Iohas.
F ortificat muros, victis Ozia Philiſtis,
Seruit ei bellax turma, leproſus obit.
G ratus erat Ioatham Domino, conſtruxit & vrbes,
Subdidit Ammonem, qui ſibi penſa dedit.
H ic malus expugnatur Ahas, laxatq́; Iacobus
Surreptos, ſtatuas victus adorat Achas.
I pſe iubet mundare domos Hiskia Leuitas,
Sacra, canente tuba, vulgus, & ipſe facit.
I udam Paſcha parare iubet, totumq́; Manaſſem,
Sed pecorum vulgus millia multa litat.
L ucos confringunt, poſitis victumq́; miniſtris
Supplent, quem cuſtos diſtribuebat eis.
M œnia confortat, populumq́; ſed Angelus hoſtem
Sternit blaſphemum, præſul habebat opes.
N ugis confidens fertur Babylona Manaſſes,
Suſtulit has rediens, atq; patriſſat Amon.
O brumpit delubra, domum reficitq́; Ioſias,
Suggerit inuenti codicis Hulda minas.
P aſcha facit, donat pecudes, ſtatuitq́; Leuitas,
Se bello miſcens, ictus ab hoſte, cadit.

Quin

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0042

*Quin Ioachim Pharao, Ioachim, Ioachimq́ꝫ, ciphosq́ꝫ,*
*Suffert Chaldæus, Zedechiamq́ꝫ malum.*

# In librum Eſræ.

*AD templum conferre iubet Rex quenq́ꝫ fidelem,*
*Dona, reuerſuris, vaſa dat ipſe quibus.*
*Burſa reuertentis legitur per ſtemmata vulgi,*
*Seruorum & pecorum millia plura legis.*
*Componunt altare, litant, per ſingula feſta,*
*Fundatur gemitu, lætitiaq́ꝫ domus.*
*Defertur populus Regi, quòd condere ſolus,*
*Vrbem præſumat, quod prohibetur ei.*
*Ædificare monent iterum ceſſata Prophetæ,*
*Quorum verba Duci gens inimica refert.*
*Fabrificare iubet Darius, perimiq́ꝫ vetantes,*
*Perficit ergo domum, feſta facitq́ꝫ cohors,*
*Gnaro rex ſcribæ mandat conferre tributum,*
*Hunc facit immunem, pacta docere iubet.*
*Hi qui cum Scriba Solymam rediere leguntur,*
*Leuitasq́ꝫ vocat, ponderat æra quibus.*
*Ipſe reduxiſti, quamuis tranſgreßio noſtra*
*Magna fuit, nuptas duximus ecce malas.*
*Iuramenta facit populus diſpellere nuptas.*
*Gentiles, pellunt qui, numerantur, eas.*

# In librum Nehemiæ.

*AVdit adhuc muros nondum Nehemia refectos,*
*Hoſtis vt es reprobis, ſic pater eſto pijs.*

B landitur regi lignum Nehemia paranti,
Inſpectat muros, quos reparare iubet.
C unctorum qui ſtruxerunt dat nomina murum
Dux, portasq́; vocat, nomine quamq; ſuo.
D ebellare parant populum qui conſtruit hoſtes,
Conſtruit vna cohors, altera bella gerit.
E ſt vſura Ducum populo damnoſa malorum,
Dux iubet exemplo reddere cuncta ſuo.
F ictas vitat amicitias, precijq́; Prophetas,
Hoſtis amicorum liber ab inſidijs.
G nauiter ipſe fores claudit, numerumq́; virorum,
Qui rediere notat, aurea dona refert.
H ic legem populo recitat doctiſsimus Eſdras,
Delicias comedit turma, facitq́; caſas.
I pſe reducis ab hoſte, malis benefacta rependis,
Punis, & ignoſcis, ergo remitte nefas.
I urat habere ratam Domini plebecula Legem,
Obſignant proceres debita vota pij.
L egerunt decimum Iudas & Beniamin, vrbem
Incoluiſſe, tenet oppida turba ſequens.
M axima turma Sacerdotum tibi dedicat vrbem,
Et cecinere duo circumeundo chori.
N unc cellas purgat, decimas quoq; reddere mandat.
Sabbata reſtituit, coniugiumq́; ſacrum.

# In tertium Eſdræ.

A ſciuit ſibi, paſcha parans, per bella Ioſias
Mortem, translatos quatuor eſſe legis.

Burſa

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0044

*B urſa tributa regreſſuris, & vaſcula rex dat,*
*Perfida plebs fertur, Rex opus ergo vetat.*
*C œna datur, ſcribunt Dario ſtertente miniſtri,*
*Dicta perita, prior fortè probatq́; merum.*
*D ux, mulier, verumq́; manent fortiſsima, templum*
*Condere libertas, ſumptus & ipſe datur.*
*E numerata cohors, aram conſtruxit, & egit*
*Feſta, domum fundat ſola, canitq́; tuba.*
*F abrificat papulus, cuius reſponſa Magiſtri*
*Significant Dario, qui legit acta Ciui.*
*G nauiter eſt opera gentis perfecta malignæ,*
*Sacra domus, populus Paſcha celebre facit.*
*H ic redit Eſdra, tributa capit, quæritq́; Leuitas,*
*Ponderet æs, populus duxit vt antè malas.*
*I pſe vocat cunctos, iubet & reprobare malignas*
*Nuptas, pacta legit, plebs ibi triſtis ouet.*

# In quartum Eſdræ librum.

*AD deſerta, refer Dominus, miracula plebi,*
*Præſtita, quam reijcit, gens veneratur eum.*
*B ella Sion deplorat, eam ditabo, reuerſam,*
*Sis pia, defendam te, diadema datur.*
*C rimina ſunt patrata patrum per ſecula quinq;,*
*Cur nos gente premis transgrediente magis.*
*D e cæca ratione docet te, Ventus & æquor,*
*Opprimit herba ſatum, tempora meſsis habes.*
*E det ſigna DEVS, charum cur perdis Iudam,*
*Parturit, vt prægnans, tempore quemq; DEVS.*

*F abrificans mundum, dedit vltima ſigna Magiſter,*
*Ordine iam ſenis facta diebus habes.*
*G ratia clauſa manet, reprobo pereunte, reſurget*
*Iuſtus Adam perdit nos, DEVS extat amor.*
*H oc opus oro tuum propter ſeruato, fideles,*
*Semina pauca virent, te manet omne bonum.*
*I ntereunt tranſgreſſores, pars maxima mundi,*
*Te pereunte, manet Lex, dolet alma Sion.*
*I acturam patriæ, triſti, terræq́; recenſet,*
*Signans, terret eum, fœmina mœſta Sion.*
*L atior ala, loquela, caput, pennæq́; regentis,*
*Cernuntur volucris, quam Leo corripuit.*
*M ira quid ala, loquela, notet, quid penna, caputq́;*
*Angelus exponit, corripit Eſdra ſuos.*
*N unc DEVS extirpat contra ſe bella gerentes,*
*Iudæosq́; vocat, qui ſubiere cahos.*
*O biectum reticere videns, legemq́; docere,*
*Iuſſus, arat, ſumptis, Biblia, quinq; viris.*
*P erderet Aegyptum Deus, Aſſyriamq́; potentem,*
*Poſt Aſiam, vento, ſideribusq́; malis.*
*Q uis iaculum retrahat? tellus deſerta dolebit,*
*Ergo parate fugam, crimina veſtra patent.*

# In librum Tobiæ.

*ABſtinet à vitulo Tobias, creditq́; talenta,*
*Occiſos ſepelit, exulat, atq; redit.*
*B aiulat inſtituens miſeris pia prandia, funus,*
*Cæcatur, probra fert, reſtituitq́; caprum.*

Concupi-

Concupit ergo mori, Saram ridentq́; puellæ,
Caſta cupitq́; mori, ſed Deus audit eos.
Dignus honore parens, fugito peccata, benignus
Eſto, ſcorta fuge, porro talenta refer.
Ecce datur Raphaël ſocius, de ſtemmate quærit,
Illius ergo ſenex, hunc flet abire parens.
Fel piſcis ſeruat Raphael, ſuadetq́; Tobiæ,
Ducere cognatam, diſce fugare malum.
Gaudet eis Raguel venientibus, atq́; puellam,
Angelico ſuaſu, ſpondet, eosq́; cibat.
Hoſtis abit, DEVS inſtituit, ſed prolis amore,
Coniugium, ſalui ſunt, epulantur, ouant.
It Raphaël, preciumq́; refert, Gabielq́; vocatus
Ad ſponſale venit, fauſta precatur eis.
Iam dolet Anna moram Tobiæ, renuitq́; manere
Sponſo dantur opes, ſponſa docetur, abit.
Læta videns natum genitrix, amplectitur illum,
Sanus felle pater, excipit atq́; nurum.
Munera laturos, Raphael celebrare Tonantem,
Largiriq́; iubet, ſe manifeſtat eis.
Nonne DEVS merito iuſtos affligis? opemq́;
Fers? gaudebit enim lumine ſtructa Sion.
Occumbet Niniuen plebs eſt ſtructura Sionem,
Sis pietatis amans, ad ſocerumq́; redi.

# In librum Iudith.

ARphaxat munit ſedem, ſpreuëre vocati,
Aſſyrium populi, vincit at ille Malos.

Bellantes

B ellantes iubet innumeros cumulare Magiſtrum,
Sternere præfractos, qui loca plura domat.
C ommittunt ſe regna, cui ſeruire parata,
Hymnis excipiunt hunc, tamen ille furit.
D um templo timet Eliachim, concludere valles,
Præcipit, orantem firmat & ille manum.
E xijt Aegypto plebs, & montana iuuante
Obtinet illa Deo, tranſgrediendo perit.
F ortius eſſe ſuo dicunt nil principe ſerui,
Traditis Hebræis mira refert Achior.
G ens cuſtodit aquas, montes ſimul occupat altos,
Turba ſitit, gemit, & dedere ſe ſtatuit.
H ic prohibet Domino tempus præſcribere Iudith,
Qui iuuat orantes, comprobat atq; pios.
I ctus vt eſt ſcortator Emor, Pharaoq́; ſuperbus,
Sic da blaſphemum perdere poſſe mihi.
I am corpus lauat atq; nouo ſe veſtit amictu,
Cunctis grata viris, ducitur ad Dominum.
L audat eum, populumq́; refert per crimina perdi,
Sanguine victurum, ſe docet eſſe piam.
M anducat proprium, noctu conſurgit, & orat,
Conuocat ad cœnam Dux temulentus eam.
N octe caput ſuccindit ei, Canopæa recedens
Raptat, & oſtendit, plebs celebratq́; DEVM.
O ccurſum ſimulare iubet, redditq; fidelem,
Ipſa loquens Achior, dux reperitur hebes.
P erfugiunt hoſtes, mactat quos copia Iudæ,
Prædans caſtra, Iudith optima caſtra dedit.
Q uod mea decepit facies, gaudete, potentem,
Sacra facit Iudith, vixit honeſta diu.

In

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0048

# In librum Heſther.

*Aſuerum feciſſe legis conuiuia ſeruis,*
*Abijcitur Vaſti, iuſſa venire negans.*
*Blandior è cunctis Heſther regina puellis*
*Fit, Mardochæus prodidit inſidias.*
*Curat Haman delere Iacob, ſibi principe flexo,*
*Quòd Mardochæus non veneretur eum.*
*Decretum narrare Duci Regina iubetur,*
*Quòd primò renuit, ſpontè deinde facit.*
*Extendit ſceptrum, cum ſe regina vocaret,*
*Iactat opes Haman, præparat atq; crucem.*
*Facta legens Mardochæi rex, iuſsit honorem*
*Huic deferre Ducem, quod cruciauit eum.*
*Gaudentem delere Iacob, Regina Magiſtrum*
*Prodit, at iratus Rex crucifigit eum.*
*Hic rogat Heſther, vt Aſſuerus mandata retractet,*
*Hoſtes Hebræos præco necare iubet.*
*Interimit, veniente die plebs ſancta dicato,*
*Hoſtes, & ſtatuit hunc celebrare diem.*
*Iudaicum flumen gens vult delere, Dracones*
*Concertantq; duo, nos DEVS aſſeruit.*
*Lædendum ſignat populum tibi, pugna Draconum,*
*Liberat vnda tamen multiplicata piûm.*
*Mardochæus honore nitet, cum crimina prodit*
*Cuſtodum, cuius eſt inimicus Haman.*
*Nunc ſuadente malo, Iudam rex perdere iuſsit,*
*Mardochæus opem poſcit ab arce Dei.*

Ore

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0049

O rogregem ſeruato tuum, per crimina captum,
Hoſtes namq; tui nos abolere volunt.
P orrò venit diadma gerens, perculſa timore,
Corruit Aſueri, quam leuat ipſe manu.
Q uærit auarus, & ingratus, mactare Iacobum
Dux cuius ſcriptum rex reuocare iubet.

# In librum Iob.

AMplas Iob poſſedit opes, holocauſta deditq;.
Permiſſus Satanæ perdit opes, & ouat.
B laſphemans Hiobem Satanas, grauat vlcere, coniunx,
Praua reſiſtit ei, tres venuntiq; Duces.
C onceptum damnatq́; ſuum, requieſcere geſtit,
Per mortem, è terra quam reuocare cupit.
D octor eras alijs, pereunt peccata ſerentes,
Per viſum didici ſorde carere nihil.
E tellure malum non eſt, fortemq́; tonantem,
Per ſua facta probat, ferre ducemq́; iubet.
F ert dictu grauiora, iubet ſe perdere, Conſul
Præterit, vt glacies, verba maligna loquens.
G naui ceſſat opus, ſed ego periturus, anhelo,
Per noctem terres me, facis atq; malum.
H ortor vt emendes (cupiens diteſcere) vitam,
Prauus marceſcet, ſcirpus vt absq; luto.
I nfirmat nullus Domini decreta potentis,
Proſunt iura, preces nil, probitasq; mihi.
I am DEVS exploras hominis mea crimina more,
Perdis opusq́; tuum, me citò perde ferox.

Longinquum

L onginquum verboſè Deum mordere quid audes?
Purus, & eſto pius, tunc benedictus eris.
M e cur deſpicitis? felix eſt prædo, docebunt
Piſces factorem, qui datur eſſe potens.
N on opus eſt Dominum fuco purgare, ſalutem
Polluti, ſtipulam me cremat igne velut.
O mnis homo ceu flos moritur, ſed germinat arbor,
Protege dum tranſit ira, lapisq; perit.
P raua loquens, te iuſtificas immundus ab ortu,
Pactum transgreßi proſperitate carent.
Q uid proſunt mihi verba? Dei conſumor ab ira,
Puluere conſideo, crimine purus ego.
R anceo, nam ſponſore vaco, ſum formula iuſtis,
Perturbor, pater eſt perditioq; meus.
S ed manet ordo DEI, tenebræ, laqueusq; malignum
Perdet, ab igne domus, atq; propago ruet.
T ransfugium Deus occludit, tollitq; coronam,
Probror ab agnatis, ſurget at iſta caro.
V iſio, fella, venena, labor, fortuna malorum eſt,
Per gladiumq; ruent, non latuiſſe queunt.
A uſcultate mihi, malus eſt fauſtißimus, at mox
Spargitur vt puluis, quo moriatur, ouat.
B arbarus es raptor, Dominum non cernere credis,
Sed conuerſus, opes, atq; petita, feres.
C um Domino certare pari virtute cupit IOB,
Sit licet innocuus, torſio preßit eum.
D iſce Deum curare bonos, prædatur auarus,
Scortator latitat, qui ruet igne graui.
E ſt Deus omnipotens, nemo collatus ad illum,
Sanctus, ad hunc nulla ſtella relata micat.

Fortibus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0051

F ortibus auxilium præſtans, ſub nubibus vndas
Suſtinet, atq; ſi etum ſcit cohibere DEVS.
G ratis, ego retinebo meum, ſaluatus, honorem,
Stemma, bonumq́; mali, corruet, atq; domus.
H auriri precioſa queunt, abſcondita terris,
Sola datur, præſtans cuncta, Sophia pÿs.
I pſius eram benedictus ego, venerabar & olim
Seruabam preſſos, plebs tacuitq; mihi.
I am me ridet inops, vermis mihi perforat oſſa,
Sicut & afflictos me premit ira DEI.
L aſciuus, non fraudis amans, non mæchus, auarus,
Sed protector eram, ſi mihi ſcriba foret.
M ox Heliu Iuuenis ſenibus ſuccenſet, & inquit,
Succubuêre ſenes, iam mea verba loquar.
N on DEVS, absq; pia, iuſtus, ratione, premet te,
Sub ſomno terret Angelus, atq; iuuat.
O mnipotens eſt iuſtus, eò quòd iudicet orbem,
Sed te cauſa latet, quam tenet ipſe piam.
P orrò DEO peccata nihil, ſed fratribus obſunt,
Si non credideris, clamor inanis erit.
Q uaſſat, vt erudiat iuſtos, perdatq; malignos
Summus, opusq́; DEI, ( qui regit aſtra ) latet.
R itè tonat, ningitq́; DEVS, ventumq́; pluentem
Suſcitat, ignoras qua ratione tamen.
S olus ego terram, cœlos, pelagumq́; creaui,
Sed ſecreta DEI non penetrare potes.
T e natura latet volucrum, virtusq́; ferarum,
Stulte vias cur vis ergo tenere meas?
V is Deus eſſe, refers quem non virtute potenti
Si vincis Behemoth te celebrabo DEVM.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0052

A n frenabis eum, ſpirat coniunctus ab ore,
Terrores, ferrum ſpernit & omne tuum.
B ardus eram, ſed ceſſo, Duces holocauſta iubentur
Tres offerre, DEVS Iob bona multa dedit.

# In Pſalterium.

ADuertens legem vir fructificabit vt arbor,
At malus vt puluis, non redeundo, cadet.
B ella gerunt, quos conturbat DEVS, impia, Reges,
Arma teret Chriſtus veſtra, timete Duces.
C onſurgens inimicus ait, tibi nulla ſalus eſt,
Auxilio es, moriens, euigilabo tamen.
D ilatat mihi (quem mundus deridet) egeno,
Annuit atq; DEVS, pneuma deditq́; ſuum.
E xaudito pium, quia deteſtaris iniquos,
Attere ſpermologos, & recreato pios.
F er Dominator opem mihi, nam tabeſco dolore,
Anxius ergo gemo, ſcurra faceſſe procul.
G randis ab hoſte DEVS iuſtum defende minaci,
Apparat arma DEVS, fit tibi rete dolus.
H îc Deus infantum laudem perfecit ab ore,
Attenuans Chriſtum, cuncta ſubegit ei.
I pſe Deum laudato, truces qui iudicat hoſtes,
Afflictosq́; iuuat, ſe perimetq́; malus.
I am laudat peccata, docens blaſphema malignus,
Affligitq́; pios, quos DEVS alme iuua.
L inquere fidentem Domino quid vera iubetis?
Aſpicit ille pios, igne crematq́; malos.

M endaces, qui magnificant ſua dogmata perdam,
Atq; ſalutari voce docebo pios.
N unc celante Deo faciem, diuexor ab hoſte,
Aſpice ne moriar, ſed tua facta canam.
O mnia ſunt corrupta, bonus non extat in orbe,
Afflictatur inops, vera ſalus veniat.
P urus homo, non obtrectans, promiſſaq; ſeruans,
Aut non fœnus amans, monte moratur in hoc.
Q uòd tibi fido, iuua, patitur Synagoga repulſam,
At mea ſors DEVS eſt, erudiendo leuans.
R itè vias obſeruo tuas, me dirige, ſerua,
A prædone, DEVS, quem citò perde, rogo.
S ubmerſum torrente, leuant miracula, iuſtum,
Ad bellum doctus, ſubiugo regna mihi.
T e cœli narrant, ſines percurrit in omnes,
Atq; tuus recreat ſermo, lauato nefas.
V elle tuum DEVS, atq; bonum, tibi conferat omne,
Aſt qui fallaci fidit equo, pereat.
A urum, vita, ſalus, honor & benedictio, regi,
Belligeros hoſtes qui cremat igne, datur.
B elle DEVS fer opem ſannor totusq; liqueſco,
Brachia Diua canam, frater vt oret, edat.
C um Dominus me paſcat, ego nullius egebo,
Baclo ſolatur, me ſatiatq; mero.
D icitur eſſe DEI tellus, cœlumq;, ſed in quo
Bellus erit, regi porta DEO pateat.
E rratis, monſtrato viam mihi, Chriſte, remiſsis,
Bucca doloſa fidem vult prohibere mihi.
F ido tibi, ſed adure, chorum fugioq; malorum,
Burſa tum tali nolo perire ſimul.

Grandis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0054

G randis ad arma Gygas DEVS eſt, templumq́; videre
Bucca cupit, greſſus rector & eſto docens.
H eus precor in numero ne me diſperde malorum,
Belle DEVS, populum ſuſcipe quæſo tuum.
I nſpice ſermonem, ſub aquas cedrosq́; Tonantem,
Bruna voransq́; DEVS, perſtat apud populum.
I am de morte valens diſco durare puſillum,
Bilem, plangentes nam recreare ſoles.
L aus mea deluſo fer opem, membrisq́; ſoluto,
Bella DEVS mea ſors, nam tegit ille ſuos.
M agna DEVS peccata tegit, me vexat vt illa
Beſtia cognoſcam, me docet atq; viam.
N abla DEVM celebret, terram ſermone creantem,
Bella Ducum reprimit, robora nuta beant.
O ppreßis ſum forma, truci ſaluatus ab hoſte,
Bellus nutrit eos, oſſa leuatq́; DEVS.
P erde malos, fratrem pro ſe quicunq; rogantem,
Blaſphemant, ceſſent effice probra rogo.
Q uando timore caret, fructum docet impius omnem,
Bellus & eſt verax, exaturatq́; DEVS.
R ore mali nihil offenſus te crede Patrono,
Blaſphemos perimit, ille, cibatq́; pios.
S aucia membra mihi propter peccata putreſcunt,
Blaſphemis tacui, ferre paratus ego.
T ollero carpentes, Vitæ memor ipſe caducæ,
Bis miſerum ſalua, nam mea vita breuis.
V indicat ex cœno DEVS, & mihi corpus adoptat,
Buccino iuſtiliam, crimina, probra, fero.
A fflicto, benedictus erit, qui condolet, at qui
Concupit extinctum, damna ſuſurro feret.

B landus te, templumq́ tuum, miracula, Verbum,
Conſulo, cum dicit hoſtis abeſſe DEVM.
C ontra falſiloquos læto mihi conſule Verbo,
Cur me perturbas, mens mea, crede DEO.
D extra iuuat, terramq́ dedit, ſine viribus, ecce
Contempti propter te ſumus, ergò iuua.
E ructabo Ducem, populos per verba regentem,
Culta cui varijs ethnica ſponſa datur.
F ortis Athleta DEVS, fluctu reſonante marino,
Concita terra parat, quæ terit arma DEVS.
G lorificate DEVM, regem ſuper omnia magnum,
Conuocat & gentes, ſcandit ad alta, regit.
H oſtibus aduerſus ſanctam venientibus Vrbem,
Confirmauit eam, dixit vt antè DEVS.
I ntentos audire iubet, damnatur auarus,
Cuius ſtirps bona quæ non comitantur amat.
I urgat Hebræorum iudex holocauſta futurus,
Crimina patrantes, gratia nulla iuuat.
L uſtra peccatum, quod ego cognoſco retectum,
Cor renoua, laudem ſacrificabo tibi.
M endax lingua malum meditans, ſubuerſa timorem
Conciliabis, ego frondeo palma velut.
N il rectum, preſſura grauis, trepidatio vana,
Cernitur, vnde Salus vera Sione datur.
O DEVS eſto ſalus, animam quærente Tyranno,
Cum ſis protector, te celebrabo, meus.
P robra, dolusq́, grauat, toti communia plebi,
Conſulit ille mihi, præcipitatq́ malos.
Q uærit vt occidat inimicus, & omnia luſtrat,
Cuius non metuo Verba, iuuante DEO.

Rebus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0056

R ebus adeſto meis, nam credo, labrumq́; ſagitta,
Cor penetrat, facta canto ſalute tibi.
S icut aquæ, teſtudo, recens ceu dumus, & arcus
Caſſus abortiuus, Pſeudopropheta perit.
T utor ab hoſte pio fer opem, diſpelle per orbem
Cunctum blaſphemos, nam didicere dolum.
V t fuerit concuſſa, facis quo terra triumphet,
Conſtans, regna DEVS das peregrina mihi.
A nxius ad te clamo DEVS, mea turris & arxes,
Da regi Chriſto tempora longa tuo.
B laſphemus tenuem cupit impulſare ruentem,
Defenſor DEVS eſt non peritura Caro.
C oncupit expulſus Dominum templumq́; videre,
Dulcia facta canam, ſcurra ſubitq́; chaos.
D eprecor à gladio linguæ defende doloſæ,
Debilitata cadat iſta per arma ſua.
E cce beatus erit, ſacram quem ducis in ædem,
Ducis aquas, terras fructificare facis.
F acta DEI cantare iubet fortiſsima gentes,
Ducit in igne pios, ſacrificabo tibi.
G entibus oro tuam cæcis oſtende ſalutem,
Dicant vt laudes, fructificetq́; ſolum.
H oſtibus extinctis, imbrem demitte, coronas
Deſertam, ſcandis, turba fidelis ouat.
I nplicitus limo, nimium ſubſannor, opem fer,
Deÿce Iudæos, te celebrabit inops.
I am DEVS inſidias, hoſtem qui ſtruxit aberce,
Da te quærenti gaudia plura pio.
L aus mea, qua nitor, hoſtes confunde probrantes,
Dicam facta, fidem, namq; premendo leuas.

M unera iuſticiæ regi feret Inſula ſupplex,
Deiectos redimit, terra vireſcit hebes.
N oxius eſt felix, ideo ſit ſcandala iuſto,
Deijcis hunc, ſapio, verba docente DEO.
O mnipotens hoſtes terram, templumq́ꝫ cremantes
Dele, cuncta potes, transfer ab vrbe malum.
P erueniens franget Chriſtus tua cornua Iudex,
Defluet ergo Dei, terra bibetq́ꝫ ciphum.
Q uum ſis terribilis, iaculum confringis, & arcum,
Derogat ira Deo (reddite vota) nihil.
R etractata putat preſſus promiſſa labore,
Dextra vices mutat, cogito mira Dei.
S cripta dedit, duxit per aquas, cum pane, volucres,
Dat. ſpreuere Tanis ſigna, per arma cadunt.
T empla terunt hoſtes, noſtrum funduntq́ꝫ cruorem,
Depreſſos ſalua nomine Chriſte tuo.
V t promittis, ades, riſi, ploramus amare,
Direptam vitem viſe benigne DEVS.
A bducti Pharaone; diem celebrate tubarum,
Eſt DEVS iſta ſalus, turba rebellat ei.
B urſarum facies prohibet ſpectare Magiſtros,
Et triſti Letho dictat obire malos.
C onſultant gentes populum delere propinquæ,
En ſunt merdæ, rotæ, flamma, procella, pudor.
D eperio Domini templum luſtrare venuſtum,
Exulto lacrymans, ianitor eſſe peto.
E rratum dimitte, tuum depone furorem,
Eſt pax facta pijs, cum bonitate fides.
F er miſero clementer opem DEVS optime gentûm,
Ereptum puteo, rurſus ab hoſte leua.

Grata

G rata Syon Domino, gentes peritura fideles,
Eſt ſcriptore Deo nomine ſcripta ſuo.
H eus mala demergunt animum ſub Tartara noſtram,
E rue, terrores perfero namq; graues.
J pſe fidem cantabo, Dauid quæ roborat, & quæ
Errantes ſeruat, terra quid ergo ruit?
Iam Deus eſt æternus, homo velut herba caducus,
Exhilera fragiles pro bonitate tua.
L iberat ærumna Dominus protector ab omni,
Emittit famulos, ſub cruce promtus adeſt.
M agna canam tua facta, malus, cum floret vt herba,
Excindetur, ego valde vireſco pius.
N unc regnat Chriſtus, totum firmauit & orbem,
Eius erit verax ſermo, fremente mari.
O ccidunt viduas, te diſsimulante ſuperbi,
Eſt crux vita quibus, tu premis ipſe malos.
P ſallemus Domino, cuius ſunt omnia, magno,
Et non obdura cor, ſynagoga velut.
Q uæuis terra canat Domino noua carmina ſoli,
Exhibeatq; decus, ſaltus agreſtis ouet.
R egnantem caligo Deum, comitatur, & ignes
Exultare iubet, iuſtitiamq; ſequi.
S urgentem, virtute ſua, manifeſtat in orbe,
Ecce DEVS Chriſtum, terra fretumq; canat.
T erribilem ſynagoga DEVM celebrato regentem,
Exaudit ſanctos, crimine punit eos,
V eraci cantate DEO, quia ſuſtinet omnes,
Eſt quia ſuauis, oues illius atq; ſumus.
A ccino iudicium, purus, pelloq; doloſos,
Falſiloquos, parcos, igne, cremabo malos.

B runa velut mea membra flagrant, ſum bubo, Sionem
Funda, ne vitam dimidiato meam.
C ontulit omne bonum DEVS, & non ſrendet in æuum
Flore ſuper fragili, quiſq; DEVM celebrat.
D ucit aquas, terramq́; DEVS fœcundat, ab imbre,
Fert de nocte cibum beſtia, cuncta cibas.
E ſt verax ſed diſsimulat DEVS, id quod Abrami
Facta, Ioſephq́; docent, & Pharaonis onus.
F ert duros, auium cupidos, vitulumq́; colentes,
Falſos à ſcortis, qui genitosq́; cremant.
G lorificat captos Dominus, frangitq́; cathenas,
Febre leuat, naues ſeruat, & arua rigat.
H ic clemens veraxq́; DEVS laudatur, & ille
Fines gentiles ſubiugat ore ſibi.
I mpius ore grauat, precor vt maledictus oberret,
Fer mihi languenti (me miſeratus) opem.
I ure regit ſuper hoſte ſuo, generatus ab æuo,
Fitq́; ſacerdos, & iudicat, atq; bibit.
L audat opus, ſignatur idem, datur eſca timenti,
Fœdera ſeruat, amor principium fidei.
M agnificus, diuesq́;, pius, per lumen abortum
Fit, diſpergit opes, firmus in æua manet.
N omen in orbe DEI toto laudate puelli,
Firmat enim lapſos, glorificatq́; DEVS.
O mare quid fugitas, montesq́; ſalitis? eunte,
Fortificante DEO, de Pharaone, Iacob.
P rotector verus Deus eſt, nil ſentit imago,
Felicem populum reddet & ille ſuum.
Q ui me duxit ab inferno, miſeratus, habebo
Factori grates, me reſreauit enim.

Rectæ

R ectafides patitur, carnem dum dixerit omnem
Fallere, capto ciphum, ſoluoq́; vota precum.
R itè DEVM gentes totum laudate per orbem,
Firma manet bonitas illius, atq; fides.
S pero quòd auxiliante Deo, ſuperabo rebelles,
Fit lapis ille caput, plebs benedicit ei.
T rade viam, quæ delectat me ſola, Prophetas,
Falſos à ſeruo pelle, ſed oro procul.
V rit lingua procax ſimilis carbonibus, infert
Fortis pacifico bella cruenta Cedar.
A uxilium veniet, cuſtos non dormiet, etſi
Graſſetur bellum, liberat ipſe tamen.
B ella placet mihi Hieruſalem, quam ſæpè triumphans,
Greſſu plebs ſubit, & fauſta precatur ei.
C onuerſis oculis ad te, ceu ſeruus ad herum,
Gnauus confugio, probra ſuperba ferens.
D ico quòd hoſtis atrox populum velut vnda voraſſet,
Gratia ni laqueo diripuiſſet ab hoc.
E ſt ſtabilis credens, Domini circundat eundem
Gratia, porrò malos concremat igne DEVS.
F ert captos Babylone, replent os gaudia noſtrum,
Grana ſerens lacrymat, tempore meßis ouat.
G nauus vt ædifices, fruſtra ſine parte laboras,
Gnatos dat patribus fortia dona pios.
H unc metuentis opus, coniunx, totusq́; beatus,
Grex eſt, Hieruſalem cernet & ille bonum.
In dorſo mihi ſæpè ferox inimicus arauit,
Gramen vt in tectis, occidit ille tamen.
I am de corde gemo, propter peccata, profundo,
Gnauiter expecto verbaq́; certa DEI.

L ac me deſtituat, oculis ſi quando ſuperbus
Grandiloquusq́; meo ſæpius ore fui.
M onſtraturq́; locus, templum fundare vouenti,
Gnati Hieruſalem (quam ſaturabo) regent.
N unc velut vnguentum fragrans, ros fertilis atq;,
Gratus confratrum ſit benedictus amor.
O mnes aßidui Domino benedicite ſerui,
Gratia dicentes, vos benedicat, amen.
P ſalle Deo, quia cuncta creat, perimitq́; Pharaonem,
Graſſantesq́; Duces, id quod imago nequit.
Q ui ſtellas fecit, populumq́; per æquora duxit,
Gratia perpetuò durat, & eius amor.
R urſus, vt ante, iubet Babylon cantare dolentes,
Grandia bella Bablon experiere probrans.
Sermonem Domini (ſuperat quia cuncta) fatebor,
Glorificate Duces hunc, tenuesq́; leuat.
T ute viam, licet abſcondar, cognoſcis, & ipſum
Gignendum, rectos diligo, vito malos.
V ir linguax reti poſito, me mordet, vt anguis,
Graſſantem lingua præcipitato ſua.
A udi poſco preces, linguam moderare loquacem,
Hortatoris amo verba, Ducesq́; ruant,
B laſphemo vexante, preces effundo, fugamq́;
Hic præcluſit, ab hoc eripe peſte rogo.
C onturbante iuua vacuum pietate tyranno,
Heus tua perpendo dicta, viamq́; doce.
D ebellare docens, montes per fulmina tangas,
Hos mihi ſubde, quibus affluit omne bonum.
Eſt magnus, ſuauisq́; DEVS, laudandus in æuum,
Hic leuat eliſos, quæ voluêre facit.

Fidere

F idere principibus noli, ſed cuncta creanti,
    His quicunq; famem, & vim patiuntur adeſt.
G ratia confractos ſanat, paſcitq; volucres,
    Hæc ſoluit verbo conglaciata ſuo.
H ic cum cœlicolis Dominum terreſtria (per quem
    Hæc ſunt facta) ſimul concelebrare docet.
In cythara Dominum, populo laudate fauentem,
    Haſta lethali vulnerat ille Duces.
I am ſanctum, fortemq; DEVM, magnumq; iubemur
    Hîc laudare tubis, organa perq; ſua.

# In Prouerbia Salomonis.

AVſcultato patri, ſocius non eſto malorum,
    Præteriens Domini dogma vocale, ruet.
B landa iubet Salomon pueros prouerbia noſſe,
    Perdunt quæ iuuenes ſcorta cauere iubet.
C uſtodi præcepta, DEO confide, flagellat
    Prolem, ſis ſapiens, non imitare malos.
D iſcebam monitore meo prouerbia patre,
    Poſt via fert vitam recta, ſiniſtra necem.
E xhaurit vires, & opes meretricula mollis,
    Pota (contentus coniuge) ſolus aquas.
F ac ſoluas ſponſor, pigrum formica docebit,
    P roſcribit ſeptem, turpis adulter erit.
G rata DEO præcepta tene, colloq; ligabis,
    Pellexit iuuenem fœmina turpis ibi.
H îc docet in biuijs verum ſapientia cunctis,
    Præcellit, regnat, eſtq; coæua DEO.

Inſtruxit

I nſtruxit menſam, vocat & ſapientia cunctos,
Prudentem moneas, ſcorta venire iubent.
I ucundat ſapiens, Dominus paſcitq́ꝫ, labora,
Præmia iuſtus habet, vita ſub ore pij.
I urgat amarus, inopsq́ꝫ timet, fer verbera, lingua
Parce, DEVS ditat, obruit ira malum.
L ibra ſit abſqꝫ dolo, faſtus confundit, & error,
Porta pijs gaudet, non ſtipulator eris.
L audatur mulier, ſe fraudat amicus, habebit
Præmia iuſtus, eget parcus, ouantq́ꝫ pij.
M ores virga docet, mulier decoratq́ꝫ maritum,
Perdurat iuſtus, & ſatiatur agens.
M endax oris edet fructum, ne prode furorem,
Preſſum ſermo virum lætificatq́ꝫ bonus.
N unc cohibens os viuet, agens pingueſce malorum
Perdetur lumen, fraus minuitq́ꝫ bona.
N oxia ſpes dilata, parum contemnere noli,
Prudens eſto, mali iuſtus habebit opes.
O re malus declinat iter, pecus vtile vulgo,
Prudens eſſe rudis, triſtis ouare nequit.
O bdo domum, ne crede leuis, ne temne propinquum.
Porro timere beat, nemo prematur inops.
P lacat ſermo, videtqꝫ, DEVS ſtat lingua ſalubris,
Plagas fert ſapiens, & pia vota valent.
P ectora lætificant faciem, præſtatq́ꝫ puſillum,
Perdit iter, non ſis parcus, amato iugum.
Q ui linguam moderatur, opus committe ſupremo,
Pacat dira fides, ſis pius & ſapiens.
Q uaſſari melius, labrum dat ſuaue fauorem,
Peccat labra premens, fortior eſt patiens.

Rem

R em ſeruus partitur, inops veneretur, & aurum
Prudentem facit, & crimina celat amans.
R edde bonum, ſed amicus amat, ſpondere recuſa,
Pectora læta, tacens doctus habetur iners.
S tultus amat placitura, malus fert probra, malignos,
Plecte viros, ſtultus terret, Athleta DEVS.
S cito prius quàm reſpondes, tua dona Magiſtros
Placant, lingua necem fert, peregrinus amat.
Te præſtatq; dicace miſer, ſunt Ditis amici
Plures, punitur vanus, amicus eris.
T urbat amara virum, placant tua munera Reges,
Plecte pater genitos, exaturatq́; timor.
V inoſus rixatur, abi de lite, profundum
Percipe, nemo bonus, nos manifeſtat opus.
V is ablata, placent fraudes, probransq́; parentes
Perditur, vltor erit, atq; lucerna DEVS.
A ptat corda DEVS, nouitas eſt victima præſtans,
Semper inops præceps, fraude peritq; loquens.
A ſtulto dicens, inopes audito, malignus
Soluet pro rectis, velle Deiq́; ratum.
B ellior eſt laus ære, pares ſunt diues inopsq́;,
Subruit incautum caſus, & ira malos.
B ella ſuſurro fouet, ſcortumq́; caueto, pupillos
Suſcipe, ſermo iuuat, non imitare malos.
C autus edas cum Rege, volat res parta, tenaces
Sed numerant epulas, nemo nocebit agris.
C aſtiga pueros, greſſusq; caueto malorum,
Suſcipe verba patrum, corda grauatq́; merum.
D octus habebit opes, capti miſereſcat, edis mel
Sæpè cadit iuſtus, non ſuper hoſte ſali.

Damna

D amna manent reprobos, Iudex æquiſſimus eſto,
Sis verax teſtis, dormit egenus iners.
E ſt firmum pulſis ſolium regale malignis,
Sis non iactator, atq; ſuſurro malus.
E ſt ſpondens nimbus, fratrem ne ſæpè frequentes,
Spes eſt vana mali, paſcito pane malos.
F iunt non maledicta, pecus cædatur, inertis
Sermo perit, doctus ne videare tibi.
F acta piger fugit, excuſat malefacta doloſus,
Supplantator obeſt, ſaxa voluta cadent.
G lorificet ſe nemo, latens dilectio nil eſt,
Summa ſatur ſpernit, dulcis amicus odor.
G loria ſit mediocris, vt eſt in flumine vultus.
Sic cor non ſapiet, ſtultus, habeto pecus.
H ic præſunt reges, propter peccata, frequentes
S eruat qui legem, doctus in arte manet.
H inc vetat vſuram, peccata fatere, necantes
Suffugient, & opes perdet auarus homo.
I mperium vis firmat, obeſt tibi rete, ſed vrbem,
Seruat iuſtus, iners omnia fundit homo.
I mpietas, regnante malo, creſcetq;, Propheta,
Sæpè tacente ruis, credere ſaluat ei.
I am quis cuncta creat? ne quid ſermonibus addas,
Subtrahe pauperiem, diuitiasq; mihi.
I am res quinq; malæ, totidem quæ ſemper egebunt,
Sunt tres difficiles, quatuor atq; vigent.
L ugenti præbe ſiceram, patronus adeſto,
Suppreßis, gemmas vxor amica præit.
L anam nacta trahit fuſum, veſtitq; puellas,
Stulto ſæpè viro ſit decus illa ſuo.

In

# In Eccleſiaſten.

ANgimur, exactum, miſeri, renouando laborem,
Nil ſub ſole nouum, ſitq́ſ Sophia labor.
B acchus, opesq́ſ fuere mihi preſſura ſuaues,
Vt ſtultus moriens, ipſe relinquo bona.
C uncta ſuum, quia tempus habent, præſentibus vtens,
Eſto pius, moritur ſicut aſellus homo.
D epreſsi clamant, odium ſolertia gignit,
Væ ſoli, nouus eſt Rex tibi ſæpè ferox.
E ſſe pÿ, votumq́ſ DEO præſtare iubemur,
Nudus auarus obit, vtere ritè bonis.
F actor opes, qui parcit eis, concedit auaro,
Ora labore, tamen non tua vota cibas.
G ratior eſt preſſura choro, ſapientia præſtat,
Iuſtus obit, famam neglige, peca ligat.
H eus reuerere DEVM, mulctat qui crimina fortis,
Tranſgreſſor pergit, pæna moratur ibi.
I mmorimur cuncti, partis tu veſcere lætus,
Nos fortuna regit, magna Sophia manet.
I actura regnatq́ſ ſua, ſapiente repulſo,
Stultus, væ terræ rege bibente merum.
Largitor miſeris, cecidit quo permanet arbor,
Semina ſparge, nimis lætus & eſſe caue.
M ox fatum pulcris deſcribit triſte figuris,
Præceptum ſeruans, ergo timete DEVM.

# In Cantica Canticorum.

Allectos

ALlector verbo ſicera meliore, nigreſco,
Paſce venuſta gregem, laudat amica virum.
Blandior eſt cunctis, ſponſam fulcitq́; maritus,
Currit vbiq;, viret terra, leuatq́; crucem.
Cunctantem quærit Coniunx, reperitq́; maritum,
Fumus vt aſcendit, rex fabricatq́; domum.
Dentibus, atq; labris, collo, mammisq́;, puella
Præſtat, odore fragrat, eſt Paradyſus aquæ.
Ecce fores pulſat, ſponſa ſtertente, maritus,
Cuius mala, manus, crura, labrumq́; micant.
Formoſam Rex præ reliquis deſcribit amicam,
Sed non inueniens poma, redito ſoror.
Greſſus deſcribit, ventrem, caput, vbera, collum,
Sicut palma viret, ſed noua poma legam.
Hunc rogat vt lactet gentes, & amore popellum,
Pergit amare rato, parua ſit ampla ſoror.

# In librum Sapientiæ.

AFfectus, diuina fugit ſapientia, prauos,
Scrutatur renes, non creat ergo necem.
Blaſphemi dicunt vitam non eſſe futuram, &
Perdere ſe iuſtos velle, fruiq́; bonis.
Crux probat, atq; beat felix eſt iuſta propago,
Proles, ſcortatrix, ſed maledicta manet.
Defringet ramos Dominus, frugemq́; malorum,
Abripitur iuſtus, quem perijſſe putant.
Ecce beatus erit iuſtus, reprobiq́; pauebunt,
Quos DEVS vt mulctet induet arma ſua.

Falſos

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0068

Falſos pœna manet proceres, ſapientia ſeſe
Offert quærenti, quem facit eſſe Ducem.
Gliſcens ſum perſona, bonis præſtatq́ꝫ Sophia,
Scire deditq́ꝫ mihi mira, Sophia potens.
Hæredem Domini, ditem facit, atqꝫ Magiſtrum,
Laudem, nomẽn, opes, præſtat, eam didici.
Inde mihi ſapuiſſe DEVS, quem præficis vrbi,
Nil cœleſte tenet mole grauatus homo.
Iam cuſtodit Adam, atqꝫ Noam, gentisq́ꝫ parentem,
Loth, Iacob, atqꝫ Ioſeph, per mare duxit eos.
Limpha pium recreat populum, quæ torſerat hoſtes,
Quos, parcente DEO, beſtia turbat iners.
Maxima condonas, redeat quo, crimina, genti,
Eſt tua maieſtas æqua, docetq́ꝫ fidem.
Non pulcris potuere DEVM cognoſcere factis,
Sed ſimulacra colunt lignea, facta manu.
Optima ſunt ratis, at ſtatuæ maledictio, ligna,
Quatuor ob cauſas Lerna ſuborta mali.
Porro Deum te noſſe beat, ſibi ſculptile pictor
Pingit auarus, opem quod tibi ferre nequit.
Quippe DEVS paſcit populum, tollitq́ꝫ venenum,
Præualet ignis aquæ, ſuſtinet hunc glacies.
Raris turbantur, tenebris graſſantibus, hoſtes,
Arte ſua fulſi, quem timuere Magi.
Sacrificante DEO, pereunt primogena, plebe,
Igne vorante malos, fit mediator Aaron.
Tranſit aquas (pereunte mari Pharaone,) Iacobus,
Quòd turbet miſeros, ſuſtinet ignis aquas.

# In Eccleſiaſticum.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0069

A Domino per Verba datur ſapientia, perq́;
Pneuma, metumq́; Dei, qui numerauit aquas.

A mplas donat opes, præſtans ſapientia, bilem
Pellit, quam ſatagat quærere quiſquis inops.

B ella docetur in aduerſis patientia rebus,
Patri fide DEO, nam tibi præſtat opem.

B elliger afflictos Dominus dic quando reliquit?
Perficit edictum, qui reueretur eum.

C ompenſatur honor, patri, per multa, relatus,
Præmia, nam firmant Vota paterna domum.

C rimina patris honor delet, faſtoſus, & alta
Perditur affectans, pauperis eſto memor.

D a panes inopi, cuius maledicta ſupremus
Percipit, afflictos iure tuere Viros.

D iuexans hominem, dat opes ſapientia, fortem
Præſta te, loquitor vera, nec eſto Leo.

AE ri non confide, Dei non fretus amore
Pecca, nam ſequitur de bonitate furor.

E ſſe caue ventoſus, vbi quid dicis ineptè,
Probra feres, linguax eſſe ſuſurro caue.

F aſtus edet, veluti ramos, tua robora, taurus,
Paſturus ventrem, pauper amicus erit.

F irmus amicus erit precium, ſapientia fructum
Profert, & captum veſtit amore ſui.

G rande nefas fugito, magnus non eſſe labora,
Pauperibus fer opem, verus & eſto tacens.

G nauos herus amet famulos, genitæq́; Virum da,
Paſce Sacerdotes, finis & eſto memor.

H aud certa cum dite, ſenes reuerere, ſenumq́;
Percipe verba lubens, non reprehende malos.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0070

H ero nil concede, nihil promitte ſupra te,
Præfractum fugito, conſiliumq́; tege.
I nte nil permitte malæ, non aſpice formam,
Perdit namq; Viros, priſcus amicus erit.
I mpietatis opes contemne, necisq́; potentem,
Porrò timere Virum, diſceq́; verba ſenum.
I ura ducis pinguntur, obit putredo ſuperbus,
Proſternit tumidos, quem reuerere, DEVS.
I uſtus præfertur diti, pigroq́; laborans,
Prudens officio fide, peritus eris.
L anguida non ſpernas, pereunt diadema gerentes,
Percontare prius, ſæpè leuatur inops.
L audandus Dominus dat opes, & ditat egenos,
Perfer vtrasq; vices, inſidiasq́; caue.
M unera larga pijs confer, reddetq́; ſupremus
Præmia, notificant tempora dura fidem.
M ulta fit ærugo ſpeculi renouatus amicus,
Protruditq́; loco, præcipitatq́; gemens.
N olo picem tangas, nocuum Vitaq́; potentem
Pellicit vtendum Dis, inopemq́; probat.
N emo tacet dum fatur inops, ſed dite loquente
Plures, & vultus cor manifeſtat atrox.
O re ſuo benedictus erit non lapſus, & hoſti
Parcit auarus, opus non facietq́; bonum.
O mnibus ante necem miſeris da munera, tanquam
Plantula quiſquis obit, Verba tenere beat.
P ane cibat, tollitq́; virum Sapientia doctum,
Peccantem fugitat, falſiloquumq́; Virum.
P eccatum ſtatuit, legem transgreſſa voluntas,
Propoſitæ Vitæ prætulit atq; necem.

Q uid genitos habuiſſe malos conducit? eorum
Proſperitasq́; perit, quod ſatis ipſe docet.
Q ui cœlum terramq́; creat, ſecreta malorum
Præſcit, opus faciunt condita quæq; ſuum.
R ectus ibi donatur homo ratione creatus.
Pacta dedit, populum duxit & ipſe DEVS.
R itè ſibi, benefacta refert, præſentia, Chriſtus,
Peccans ante necem, ſed reſipiſcat homo.
S olius Domini mundum, quis facta creantis
Proferet? occidimus, ſed fauet ille pijs.
S ermo facit donum ſuauis, placidusq́;, venuſtum,
Peſtis viue memor, deliciasq́; fuge.
T ot vino periere viri, ſcortisq́; periti,
Peccat qui credit cuncta, tacenda tace.
T u fratrem moneas, crimen ſapientia non eſt,
Præſtat iners reprobo nam ſapiente pius.
V erba leuem, doctumq́; probant ſub tempore dicta,
Proficit impietas, munus inertis obeſt.
V erbaq́; fundit iners, odium reparatq́; ſuſurro,
Peſſimus eſt mendax, munus & ora ligat.
A bſtineas noxis, miſeros vexare caueto,
Structam fraude domum flamma, malosq́; vorat.
A ttritum vas inſipiens eſt, ſarcina cuius
Sermo, ſed auſcultat, corda ſub ore tenet.
B os ſpurcatus iners, genitus fœdatq́; parentem
Stultus, defuncto peior, onusq́; graue.
B elliger eſt animus certo cum dogmate firmus,
Si facies fratri probra fugabis eum.
C uſtodi mea labra parens, oculosq́; ſuperbos,
Sed iurare malum, patris & eſto memor.

Concubitum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0072

C oncubitum fugita, cernit Deus omnia vindex,
Scortum probra feret, illius atq; domus.
D iſponit, luſtratq́; ſolum Sapientia totum,
Sed manet in populo ſuauis odore DEI.
D ulcior eſt quàm mella, rigat ceu flumina mundum,
Sed terram penetrans, abdita quaq; videt.
E ligo res ternas, totidem contemno, ſenectus,
Summum ſcire decus, res quoq; laudo decem.
E ſt mulier, quouis grauior mœrore, moleſta,
Si te ditat, adeſt rixa, malumq́; frequens.
F œmina lœtificans datur à Rectore marito,
Sunt metuenda tria, fœmina dura iugum.
F eruentesq́; domagenitas, mulierq́; venuſta
Splendet, amatq́; virum, pæca ſed odit eum.
G rande malum deſignat emens, ſed quenq; probabit
Sermo, lues perdit, voce ſuperbit iners.
G annio perdit amicitiam, ſecreta reuelans,
Sed ponens caſſes illaquietur eis.
H eus ignoſce, Deum ſi vis dimittere noxam,
Scintillam deles ore tuoq́; foues.
H oſtili lingua multi periere potentes,
Sed graue lingua malum, ſternit et illa malos.
I ngrati renuunt, dederas quod ſoluere munus,
Subuenias fratri, dona tuentur enim.
I ncauti periere (malis fraudantibus illos)
Sponſores, victu præſtat habere domum.
I ure pater genitum cædens, gaudebit in illo,
Si puerum lactes cauſa doloris erit.
I am præſtant vires opibus, delectat & ægrum
Suaue nihil, reddit ſollicitudo ſenem.

L anguet auarus homo, vigilat, ſemperq́; laborat,
Spernentem quis opes nunc reperire poteſt?

L entus edas, oculosq́; time, cruciatur obeſus,
Sumptum corda probat lætificatq́; merum.

M anſuetus rex eſto, decet conuiuia carmen,
Sed coram ſenibus, pauca loquare puer.

M andatum declinat iners, quod ſeruat honeſtus,
Sunt facienda, diu præmeditata tibi.

N on præcepta tenens ſuccumbet, equusq́; loquax eſt,
Sunt hominum variæ temporis atq́; vices.

N on concede facultatem, dum viuis, amicis,
Seruo dantur opes, pabula, virga pigro.

O ccludit ventos, vmbras qui ſomnia credit,
Sæpè probatus homo callidus eſſe poteſt.

O mnipotens & in aduerſis conſeruat amicos,
Sed non furta lita, non iterato malum.

P erficiens mandata litat, præbeto libenter
Sacra DEO, & decimas, reddat vt ille tibi.

P erfodit afflicti, viduæq́; precatio, cœlum,
Sternit iniquorum ſceptra ſuperba DEVS.

Q uæ te non norunt gentes diſperge furore,
Stemma Iacob ſeruans, fac tua verba rata.

Q uauis dona præit mulier precioſa, marito
Seruit, erit viduus vinea ſæpe carens.

R es eſt triſtis amicus homo, conuerſus in hoſtem,
Sed tibi ſuſpectum conſule non hominem.

R arius expediunt homines quos eſſe peritos
Suaſores credis, cuncta vorare caue.

S it medicina tibi, cœlo dimiſſa, ſuauis,
Sæpè precare DEVM, quo medicina iuuet.

S at funus lugens, iterum depone dolorem
  Sternentem, quiuis gaudet in arte ſua.
T ractat homo ſapiens quæuis abſtruſa, precatur
  Senſum donari, clarus in æua manet.
T hura fragrate, DEVM quæuis laudate creantem,
  Sunt duo quæ perdunt ſpiritus atq; feræ.
V examur curis vigiles, ſomnoq; grauati,
  Sed diſperdat opes impius ipſe ſuas.
V inum, carmen, opes, præſtat ſapientia diues,
  Sed ne mendicus ſis, operare manu.
A ngit abundantes lethum, recreatq; grauatos,
  Turbida non metuas fata, ruuntq; mali.
A nteferenda bonis eſt fama, peritia non eſt
  Tam celanda, tibi non ſit vbiq; pudor.
B arbara quæ numerantur abeſt reuerentia rebus,
  Terrorem gnauo nata facitq; patri.
B iloſa præſtat nequam muliere, receſſus
  Terribilis cordis, atq; profunda, videt.
C ondidit vrentem ſolem, lunamq; ſupremus,
  Temporis indicium, cæruleamq; notam.
C ondidit & tonitru, ventos DEVS, atq; pruinas,
  Torrida monſtra, ſatis quis celebrabit eum?
D ebemus laudare patres, qui prodere poſſunt
  Tot ſecreta, quibus fœdera firma manent.
D ignus Enoch transfertur, habet ſua fœdera iuſtus,
  Terra dicatur Abram, quod repetiuit Iſaac.
E didit in populo Moyſes miracula, legem
  Tradidit, & ſummus presbyter eſt Aaron.
E xcellit variis homines qui veſtibus omnes,
  Tertius eſt Phinees, perfodiens Madian.

F ortia bella gerens, hoſtes proſtrauit Ieſus,
Terram poſſedit ſolus is, atq; Caleb.
F ortiter orauit Samuel, ſtrauitq́; Philiſtim,
Teſtatus quòd non munera cœpit, obit.
G raſſantes hoſtes ſuperat Dauid, atq; Leones
Tandem cantores ordinat ille Deo.
G narus item Salomon multum ſibi comparat auri,
Tam ſtultum Roboam procreat ille tamen.
H elias cœlum claudens, ad ſidera fertur
Terrificos metuis non Eliſee Duces.
H oſtibus, armat Ezechias, venientibus, vrbem,
Tandem delet eos, hoc rogitante, DEVS.
I nde Ioſia bonus lucos deſtruxit, & aras,
Tum vates cunctos laudat, & oſſa virent.
I nde viros vrbem qui reſtruxere crematam,
Tantundem laudat, filioloſq́; Noê.
I am ſuperat ſuaues, ſuauis veſtitus, odores,
Tollens à socijs ſacrificanda, litat.
I am Dominum laudant populi, pariterq́; miniſtri,
Terram pacificam ſeruet vt ille rogant.
L audat ab aſperitate, Deum, qui liberat ipſum,
Terrificæ linguæ, fert quia ſolus opem.
L audandam reperi paßim, ſcrutando Sophiam,
Tantum diſce meo ſcripta labore puer.

# In Eſaiam Prophetam.

AD quid percutiêre? nihil tibi ſacra, malignans,
Proſunt, eſte pij, parca rueſq́; Sion.

Burſa,

B urſa, petens Solymam, franget peregrina lacertas,
Perdet & excelſos & ſimulacra DEVS.
C uſtodes abolebo, negat dux eſſe rogatus,
Prædones perimam, diripiamq́ decus.
D ucent vxores .vnum poſt prælia ſeptem,
Planta viretq́ pijs, eſt DEVS vmbra quibus.
E xtirpat vitem, parcos, ebriosq́, Redemptor,
Peccantes reprobos, pugna reuellet atrox
F umantem cernit Dominum, metuitq́, Propheta,
Purgatus, cæcum prædicat eſſe Iacob.
G randia, diſcedent, reges tibi bella minantes,
Parturiet virgo, clade ruetq́ Sion.
H ic puerum vocat, à Domino pendere timentes,
Perfluet Aſſyrius, ergo pauete Deum.
I n tenebris lux orta, DEO de virgine nato.
Primates bellum, flamma voratq́, nefas.
I udicij perſuaſores capit Aſſur, obibit,
Prœlia nam manibus arrogat acta ſuis.
L onganimus Deus eſt iudex, pacisq́ miniſter:
Plebem diſperſam colliget, atq́ Moab.
M agnificabo DEVM, propter benefacta, ſalutem,
Percipe fontis aquas, & celebrato DEVM.
N unc venit hoſtis atrox, Babylon terretur, & aſtrum
Permanet obſcurum, non habitanda ruet.
O ppreſſor, ſidusq́, ſubis cur tartara? dicunt
Primates, DEVS hoc (quis prohibebit) aget.
P langit, & ad nihilum vicis Moabita redactis,
Prædans, quæ remanent, omnia tollet arabs.
Q uæſo Moab profugos abſconde, cathedra Dauidi
Promitur, ergo gemes, vina chorusq́ perit.

R umpit Ephraim, paucis, vt ſit metiendo, relictis,
Plantans, damna metes, hoſtis inanis abit.
S electos Ephraim lacerum dimittit ad hoſtem,
Perditur vt fructus, qui perit ante diem.
T erra caret Pharaonis aqua. ſimulacra, Magisq́;
Perdunt hanc, iterum ſeruiet illa DEO.
V adit nudus, vt Aegyptum portendat in armis
Perdendam, eſt igitur irrita veſtra fides.
A udiui ventare Medos, ſtupuiq́; dolore,
Subruit ergo Babel, nil profugis dat Arabs.
B ella duces fugitare dolet, munimina fallent,
Sobna fugit, claues Eliakimq́; dabo.
C orruet ampla Tyrus, mercatoresq́; dolebunt,
Sed conuerſa, canet carmina grata DEO.
D irepta tellure, chori, frugesq́;, migrabunt.
Succinet ereptus, terra maligna ruet.
E xcelſos reprobans, humiles defendit ab æſtu,
Supponit cœnam, præſtat opemq́; DEVS.
F aſtus ſpernentum (quod ego deſidero) verbum,
Sternitur, & viuet mox pariturus homo.
G liſcentem nolo penitus diſcerpere vitem,
Sed deſerta gemet, crimina quo caueat.
H eus temulentorum franget diadema Magiſter,
Scindet pacta Iapis, frondet aratus ager.
I mpugnans Ariel, viſo fruſtratur vt errans,
Supremis clauſum, gens legit ima librum.
I am nitens Pharaone ruet, mandansq́; Prophetis,
Sacra, cibumq́; dabo, pello furore Ducem.
L uctanti Domino, carni non fide caducæ,
Saluo leæna pios, hoſte parante fugam.

Mœſtis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0078

Mæſtis eſt, tutela DEVS, non parcet auaris,
Splendida terra nemus, ſylua noualis erit.
N unc ſpoliatus obit, minitans vaſtare Sionem,
Sinceros paſcit, firma taberna DEVS.
O ccidam gentes, cœlum, Boſramq́ per haſtas,
Sulfur erit puluis, monſtra videbis ibi.
P laudet deſertum, Chriſto veniente, leproſi
Sanantur, tellus floret, abundat aqua.
Q uid Pharaone? Deoq́ tuo? quid fidis in armis?
Sed te dede, fluit melle, meroq́, Babel.
R ex vatem rogat, atq legens blaſphema, precatur,
Syluam cæſurum, ſigna perire notant.
S ubdit huic vitam DEVS, & deſcendit ad orcum,
Succiſa vita, de foueaq́ redit.
T ranſmittuntur opes rēgi, qui munera pandit,
Submonet iſta videns eſſe ferenda Babel.
V ox iubet explanare viam, magnalia Chriſti
Suggerit, atq nihil poſſe referre DEVM.
A uxiliatus Abræ, laſſos corroboro, ſubdens.
Torrentes, cædros, id quod imago nequit.
B landus erit Chriſtus, celebrat quem terra, fretumq́.
Tranſgrediens legem, cæca propago ruet.
C urans igne pios, populum, DEVS ipſe reducam.
Terra redundet aqua, crimina veſtra fero.
D emittam tibi pneuma, poteſt nil ſculptile, ſolus
Tergo luem, poſſum cuncta, vocabo Cyrum.
E xcindam Babylona Cyro, DEVS omnia formans,
Talia ſolus ego, veſtra, reuelo, ſalus.
F ranguntur monumenta, pios ego baiulo, non ſum
Truncus, & expono bella futura Cyri.

Glorificata

G lorificata rues, vexans Chaldæa ſeniles,
Te Magus ecce iuuat atq; Sophia nihil.
H æc abſtruſa tibi, quamuis ſis dura, reuelo,
Transgreſſos Legem, nomine ſaluo meo.
I lluſtrabo patri gentes, paſcamq́; fideles,
Tanquam mater amans, multiplicabo Sion.
I am perit, auerſata DEVM ſynagoga, vocantem,
Trado meum corpus, non pudeſio tamen.
L umen iuſticiæ mundo pereunte manebit,
Turbam ne metuas, transfero namq; ciphum.
M undificata redi, fueras quæ mendita gratis,
Talia præconum ſeruulus ore geret.
N on eſt forma DEO, mundi peccata ferenti,
Tractus, obit, iuſtus, cognitione beat.
O ſterilis protende locum, recreabo relictam,
Te, ſtratam gemmis, robora nulla prement.
P aſcua quære tibi gratis, Verbumq; Tonantis
Tranſcendit noſtrum, fructificatq́; potens,
Q uæ præcepta tenent, gentes recreabo ſuperbas,
Turba Sacerdotum cæca, latrare nequit.
R ectus obit, truncoq; litas, te liberet ergo,
Triſtes ſano quidem, crimina plecto tamen.
S unt iactata nihil Domino ieiunia, fratrem
Tolle, beatus eris, velle domato tuum.
T axantur fraudes, operum fiducia, cædes,
Turbamur tenebris, induet arma DEVS.
V era lucerna micat, gentum tibi munera Reges,
Tradent ſubiecti, lux tua Chriſtus erit.
A fflictos recreabo, gregem paſcentq́; rebelles,
Quòd ſit amicta, Deum ſponſa celebrat ouans.

Belliger

Belliger abſtruſam Dominus deſpondet amicam,
Quæ frumenta dabit, non alienus edet.
Conculcat DEVS electum, prægente, Iacobum,
Qui mare findebas rurſus adeſto pater.
Dilectis præſtanda videt pia gaudia nullus,
Quando ſumus ſpurci, terra cremata iacet.
Excindam Vulgus, faciens libamina ruri,
Qui ſuſtento pios, eſt noua læta Sion.
Ferre vetat ſibi ſacra DEVS, lactatq; Sionem,
Quæ parit, Hebræus gente litante cadet.

# In Hieremiam Pro- phetam.

Aſciſcit Dominus Vatem, redditq; diſertum,
Prominet olla, feram ſuppetiasq; tibi.
Burſa quid Aegypto rurſum confidis, adempta?
Perfida, ligna colis, vis tamen eſſe pia.
Cum ſcortata Soror ruerit, conuertere Iuda,
Plebs ſimulacra redux ſe coluiſſe gemet.
Diſcindas niſi corda, leo, Ventusq;, premet te,
Prædia vaſtantur, non decus illa iuuat.
Eſt periura cohors, Dominum, mœchata, potentem,
Pernegat, inſipiens, fraude lucratur opes.
Fortis eques diſperde Sion, reſponſat, auara,
Priſcum ſpernit iter, hoſte furente gemet.
Gratis opus ſectare bonum, perdêre rebellis,
Poſtulo nulla ſacra, perditur atq; Tophet.
Hærent oſſa ducum, plebs eſt præfracta, Prophetæ,
Plebem ſeducunt, triſtia bella dole.

Imponit

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0081

*I mponit frater fratri, vaſtabo rebelles,*
*Præfica quos luget, gloria noſſe* DEVM.
*I am* DEVS *aſtra regit verus, non ſculptile truncus,*
*Pulcra taberna ruet, parce ſed oro* DEVS.
*L egem ſeruandam, bello, transgreſſa peribis,*
*Proſunt vota nihil, mors mihi ſtructa fuit.*
*M iror ait, reprobos tantum ſuccreſcere, Vates,*
*Partem vaſtandam mox reuocabo meam.*
*N unc perijt cinctura,* DEO *mihi crede minanti,*
*Perdet ſcortantes, rex Aquilonis atrox.*
*O mnia marceſcunt, Dominus velut aduena tranſit,*
*Pſeudopropheta cadet, parcito quæſo* DEVS.
*P regnantes perimam, quas nulla precatio ſaluat,*
*Probror, opem mihi fer, nam tua verba voro.*
*Q uæ moritur, non plangetur, plebecula, legem*
*Præuaricans, cuſtos colliget inde gregem.*
*R upibus eſt inſculpta lues, non credite carni,*
*Præſtat te Verum, ſancta ſit alma dies.*
*S icut vas figuli, greſſus vaſtabo ſequentes*
*Prauos, qui Vatem perdere ſæpè volunt.*
*T u ( quia ſacra facis Baali ) vaſtata nepotum*
*Paſceris carne, diruiturq́; Tophet.*
*V atem ſcriba ligans transfertur, amara Propheta*
*Probra tulit, partus deuouet ergo diem.*
*A duerſante* DEO, *capiet Babylonia vulgum,*
*Subdite vos hoſti, reddite iura Dij.*
*B ella prement ( quia corrumpit pia iura ) Ioſiam,*
*Suppreſſor Ioachim, natus & exul erit.*
CHRISTVS *oues reuocans, eſt iuſtificatio noſtra,*
*Spermologos ( cernens omnia ) perdo* DEVS.

Denota

D enotat abductum ficus matura Iacobum,
Solui, perdendam ficus amara Sion.
E mittit DEVS, irridet quos turba, Prophetas,
Seruiet ergo diu, regna bibentq́; ciphum.
F œdera cuſtodire iubet, capiturq́; Propheta,
Saluat ab exemplis, turba ſenilis eum.
G entes, quæ famulo renuunt ſe ſubdere, perdam,
Sermologi fallunt, nam feret ille ciphos.
H annannia reuerſurum docet eſſe Iacobum,
Succinctim,, frangit vincula. carptus obit.
I nſtructis orate caſis pro rege, reducam
Subductos, triplex Pſeudopropheta ruet.
I am caſtigatos propter peccata, reducam,
Sub duce gaudebit, multiplicata Sion.
L ætatur, plantatq́; Sion, comeditq́;, coacta
Seruitute, redit, fœdus habebo ratum.
M andat agrum redimi DEVS, & per flumina duxit,
Sacrificans Baali, turba fidelis erit.
N empè luem mundabo, greges noua paſcua carpent,
Stemma daboq́; Dauid, fœdus habebo ratum.
O bſeſſam capiet raptim Babylonius vrbem,
Seruis retractant qui ſua iura, ruent.
P ræceptum Rachabita patris cuſtodit agreſte,
Sermoni paret nullus in Vrbe Dei.
Q uod ſcribit, ducibus recitat Symmyſta, volumen,
Sed cremat hunc Ioachim, ſcriba reformat eum.
R ex fugiens hoſtem, rediet Chaldæus ad Vrbem,
Secedit, capitur, conſuliturq́; videns.
S ubtrahit Abdemelech, ( captat quem turba ) Prophetam,
Saluabis Solymam de ditione regens.

Traditur

*Traditur Vrbs fugiens princeps captatur, in vrbe*
*Seruantur tenues, eruiturq́; videns.*
*Vates concedit Miſpam dimiſſus ad herum,*
*Sparſa reditq́; cohors, Dux negat inſidias.*
*Arte Godoliam perimit, pluresq́; ferentes*
*Thura, maligna cohors, hancq́; Iohanna fugat.*
*Blanditur Vati populus, quo vera prophetet,*
*Transfugis Aegyptum ſi, morieris, ait.*
*Contemnens vatem, populis Pharaonis ad ora*
*Transfugit, Aegyptus ergo ruendo ruet.*
*Deſtruxi Solymam, cum Dijs libamina ferret,*
*Tu velut iſta Dijs ſacrificando, rues.*
*Ecce Baruch querulo Dominus vaſtabo Sionem,*
*Te, quocunq́; venis, ipſe tuebor, ait:*
*Fortia bella parans, vincet Chaldæa Pharonem,*
*Transfugient victi te reuocabo Iacob.*
*Grandis inundat aqua, reſonans terretq́; Philiſtim,*
*Turba Caballorum, namq́; per arma ruet.*
*Hîc opulenta ruent Moabis caſtella, probantis*
*Traductos, plangunt & grauiora mala.*
*Infringet Rabbath, & Edom, Boſramq́; ſuperbam,*
*Tum quoq́; Damaſcum, Cedrar, Elamq́; Deus.*
*Iudæi redient, iaculis, gladioq́; ſuperba*
*Tradetur Babylon, non habitanda ruet.*
*Lædentem plures, vaſtat Babylona Creator*
*Terræ, Nebo ruet iſta Seria lege.*
*Murum perrumpens, profugos Chaldæa trucidat,*
*Tranſportat vaſa, & millia multa Virûm.*

## IN THREN. HIEREMIAE.

AN nihil læta Sion propter ſua crimina, plorat,
Hanc premit ira DEI, non recreata gemit.
Bella, domos, templumq́; DEI, murosq́; ruerunt,
Probra, famemq́; Sion paſſa, precare DEUM.
Caſſantem fer membra DEUM, fabrumq́; malorum,
Non exauditus, plango, precorq́; DEUM.
Diijcitur, pueros non lactat, amicta nigreſcit,
Spurca, fugitq́; Sion, qui fuit vmbra, perit.
Exulo, pro victu famulor, populumq́; tulerunt.
Hoſtes, conuertas nos DEUS oro pater.

# In Baruch Prophetam.

ARgento, pro rege iubet rogitare, ſoluto,
Et pro ſe, legem tranſgrediunte cohors,
Bella minata premunt captos, quos effice gratos,
Promiſſam fer opem, pœna minaxq́; grauat.
Crimina multiplicata patrum Deus oro remitte,
Nam cæcos homines alta Sophia latet.
Declinans præcepta Sion, deplorat abactos,
Qui redient hilares, gens ruet hoſce grauans.
Exornata DEI ſplendore, redito, pedeſtris
Diffugiens, planum, læta, redibis iter.
Facta nihil poſſunt ſimulacra, carentia ſenſu,
Non ſunt ergo dij, nec metuatis ea.

# In Ezechielem Prophetam.

AVdiuit vates, cernens animalia, Verbum,
Percurſura, notans omnia Verba DEI.
B urſa, cui te mitto, meum prædicere Verbum,
Præfracta eſt, igitur absq; timore doce.
C odice conſumpto, frontem tibi reddo virilem,
Peccantem moneas, ne capiare late.
D epingit cladem, dormit quo tempora ſignet
Plebi certa crucis, ſtercore cocta vorat.
E raſos crines in tres partitur aceruos,
Peccas gente magis, perdita, probra feres.
F ranguntur ſtatuæ, populus mactatur ad aras,
Plorabunt reliqui crimina veſtra fide.
G raſſabor, quia finis adeſt, furibundus, & aurum
Parcos non ſaluat, templa ruentur enim.
H ic ſimulachra videt, Solymam diductus ad ædem,
Picturasq́; malas, retro rogare Viros.
I nſcripſit tua ſcriba pijs, ſocijq́; malignos
Perdunt, namq; Deus facta rependet eis.
I am capit à Cherubim prunas, quas ſpargit in Vrbem,
Pictor, ſed Vati viſio prima datur.
L ector habes quod praua caro transfertur ab olla,
Plebi diſperſæ carnea corda dabo.
M igrantis ſibi vaſa facit, ſignatq́; migrandum,
Primati, quòd erunt dic mea verba rata.
N on miſſos, qui glorificant tua crimina, perdam,
Puluillos, animas qui capiunt, reſuam.
O bduratus homo, Vatesq́; rogatus ab illo,
Perdetur, reprobos non tua vota iuuant.
P ræ reliquis ad opus eſt Vitis inutile lignum,
Perditur igne, velut Vitis adunca ſalem.

Quæ

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0086

*Q uæ iacet in cœno, veſtitur adultera ſcortans*
*Perditur, & ſuperat ( quos reuocabo ) nothos.*
*R amus aquas Pharaonis amans ſua fœdera frangit,*
*Perdet eum Babylon, plantula creſcet ab hoc.*
*S ortitur vitam iuſtus, pereunte maligno,*
*Portabit genitus crimina nulla patris.*
*T ranſportant gentes, binos ex vrbe leones,*
*Prædantes populum, Vinea culta perit.*
*V t fueris transgreſſa, tamen tibi ſæpè peperci,*
*Plebs reuocata, DEVM me ſciat eſſe ſuum.*
*A ccendetur, & ancipiti mactabitur enſe,*
*Saltus, diuinans perdere mucro perit.*
*B ella mouent cædes, ſtatuæ, ſcortatio, fraudes,*
*Sed velut æra fluent turba, Propheta, Duces.*
*C um quibus eſt ſcortata ſoror, fit præda virorum,*
*Scortans aſcitis cum procul illa viris.*
*D ecoquitur velut oſſa ſalem, velut olla liqueſcet*
*Sordida, non luxit coniugis ille necem.*
*E xtirpatur, Amona, Moab, Seir, atq; Philiſtim,*
*Subſannat populum, vindicat atq; meum.*
*F ortis vt vnda Tyrum populus vaſtabit, & ingens,*
*Sorte tua metuent regna, peribis enim.*
*G loria magna Tyri, miles, mercator ab omni*
*Succedens terra, naufragiumq; datur.*
*H eu cupiens DEVS eſſe, tumens, gemmisq; refulgens,*
*Subuertêre Draco, ſpina meisq; Sidon.*
*I n reti capiêre Draco, quia fulcis Iudam,*
*Seruulus Aegypti regna lucratur ibi.*
*I am cadet Aegyptus, numerat munimina cuius*
*Septem, ſed perimet rex Pharaona Babel.*

L uſtrans omne ſolum ramis, procera cupreſſus,
Subrutus eſt Syrius, ſic ruet & Pharao.
M ox capiére Draco, ſtellæ, regesq́; pauebunt,
Sicut & Aſſur, Elam, Meſech, Edomq́; cades.
N unc ſpeculator adeſt, homini ſua facta rependam,
Scortantesq́; ruent, carmen es ipſe quibus.
O paſtor deglubis oues, quas curo reductas,
Saluat Chriſtus oues, & benedicit eis.
P roximus affligit Seir, & ſubſannat Iudam,
Suppreſſum, caſu mox grauiore ruet.
Q uæ tulit opprobrium propter me terra, vireſcet,
Sed mundabo pios, & noua corda dabo.
R eſtituens DEVS oſſa gregem connectet, vtrumq́;
Seruabit fœdus turba fidele, Dauid.
S æuus operturus Machometh, ceu flumina, terram,
Subſternet fortes illius igne DEVS.
T u capiere Magog, comburent arma, ſepultos
Subrodent volucres, plebs mea tuta manet.
V ir calamo templi ſpacium, portasq́; remenſus,
Submonſtrat templi, veſtibuliq́; modum.
A ſt cubito templi partes eſt menſus vbiq́;,
Tunc altare, duas & facies Cherubim.
B urſæ menſurat cellas, oblata miniſtri
Tranſponunt in quas, dinumerantq́; plagas.
C larus honore DEVS templum metitur & aram,
Taxat peccantes, ara dicatur eis.
D e porta Domini, quam claudit Apoſtata veſte
Tectus erit quali, quidq́; miniſter edat.
E cce Leges, vbi templa locent, vbi principis aulam,
Tradendas decimas, & facienda ſacra.

Fert

F ert holocauſta, per Auſtralem rex regia portam,
Traducto monſtrat atria parua DEVS.
G randem, qui ſanat piſces, & germina profert,
Torrentem vidit, limitat atq; locos.
H ic capiet ſortem tribuum, ſibi quælibet vnam
Terræ, ſed portis nomina dat tribuum.

# In Danielem.

ABſtinuere cibis pueri regalibus, vnde,
Abdita, præ reliquis, omnia noſſe datur.
B urſa nequit regi ſtatuam reſerare Magorum,
Fit Daniel, reſerans, maximus herus, eam.
C arpentes pueri ſtatuam damnantur ad ignem,
Qui non læſit eos, publicat herus idem.
D ecepti, ſub qua degunt animalia, Cedrum
Rex vidit, quod eum fœna vorare notat.
AE ratosq; Deos, vino rex plenus adorat.
Quæ latuêre Magos, ſcripta Propheta legit.
F raude duces decreta ligant, Danielq; precatur
Huic leo nullus obeſt, vulgat & herus idem.
G randia, ſuccreſcens, loquitur, de cornibus vnum,
Sed pater & genitus prædominantur ei.
Hic aries Medus græco ſuperatur ab hirco,
Antiochus tollet ſacra, premetq; pios.
Ipſe patrum peccata fatens, reſtauret vt vrbem
Orat, & hebdomadæ notificantur ei.
I am cadit aſpiciens hominem ſplendore refertum,
Qui leuat, vt doceat, hunc, Michaëlis ope.

L ædunt alterutrum reges Aquilonis & Auſtrî,
Hunc domat Antiochus, polluit atq; Sion.
M ortales ſurgent, reliquos ſplendore periti
Præcellent homines, hæc tamen hora latet.
N on vult laſciuis ſenibus parere Suſanna,
Sed damnatur ab his, liberat hancq; puer.
O ſtendit Belum non manducare, Draconem
Occidit, capto fert alimenta videns.

# In Hoſeam Prophetam.

A Ccipiens ſcortum genitis dat nomina ternis,
Quæ diſpergendum ſignificant populum.
B urſa Dijs ſcortata tuis mea munera defers,
Quæ rurſus tollam, rurſus & illa dabo.
C aptandam vatis portendit adultera plebem,
Deinde reuertetur ad Dauid illa DEVM.
D eficiet ſcelerata cohors, mutusq; ſacerdos,
Scortans à Domino, fingit vbiq; ſacra.
E ſt laqueus mactare Dijs, Dominusq; receſsit,
Corruet ergo Iacob, non iuuat Aſſur eum.
F ulcimur ſurgente DEO, ſed amare propinquum
Plus quàm ſacra valet, latro miniſter obit.
G randiloquus facit, vt furnum, flagrare regentem,
Credidit is carni, ficticijsq; Dijs.
H æretici fidunt vitulo, carniq; caducæ,
Multiplicant aras, ædificantq; domos.
I mmundum comedes, & terra vacabit, vt auceps
Doctor ineſcat, erunt & ſine prole vagi.

*I am ſimulacra colit, vituloſq́;, Samaria, munus*
*Aſſyrioq́; dedit, ſemina iacta metet.*
*L iber ab Aegypto populus, tractatur amoris*
*Funiculis, iram ſed cohibebo meam.*
*M agnanimum ſuperatq́; DEVM, luctando, Iacobus,*
*Non illius opus, verùm imitare fidem.*
*N imbus, vt amplectens vitulum Samaria, tranſit,*
*Ipſe leæna cui, mors quoq; mortis ero.*
*O ffer amica preces, cerni diffiſa, ſupremo,*
*Qui te rore ſuo fructificare facit.*

## In Ioelem Prophetam.

*ATtriuit vites, & agros, maloſq́;, locuſta,*
*Ergo ſacerdotes, atq; dolete greges.*
*B urſa ferox veniet, ſciſſo, clamate frequentes,*
*Pectore, demittam pneuma, rogare docens.*
*C oncutiam, ſolitas populum diuendere, gentes,*
*Et damnabo malos, lacte fluetq́; Sion.*

## In Amos Prophetam.

*ACcendet Syriam, Gazam, Tyrioſq́; feroces,*
*Et Seir, & Rabbam, trux DEVS igne graui.*
*B laſphemum Iudam perdam, fratremq́; Tyrannum,*
*Ductus ab Aegypto, falſa docere iubet.*
*C onſtituit, veniente malo, DEVS ante Prophetas,*
*Deglubuit tenues, diripuitq́; Iacob.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0091

D efraudat miſeros, vitulis offertq́; Iacobus,
Non preſſura iuuat, hunc, abolebo potens.
E xtirpanda, DEVM quæras, prædansq́; pupillos,
Ieruſalem, flebis, non tua ſacra volo.
F iſa cohors monti, laſciua, canora, guloſa,
Numina dedignans, atq́; ſuperba rues.
G rillos præuidit, flammam, normamq́;, Propheta,
Carpit Amaſiam, bella futura minans.
H ic augens precium, modios deprauat auarus,
Terra tremet luctu, vocis eritq́; fames.
I mpius ad quemcunq; fugit, ſcrutabor hiatum,
Facta taberna Dauid, rurſus arabit humum.

## In Abdion.

ANnihilatur Edom, plaudet qui clade Iacobi,
Flamma vorabit eum, namq́; Iacobus atrox.

## In Ionam.

A Domino fugiens, iactatur in æquora Ionas,
Sorte, fremente mari, piſcis edebat eum.
B arbara, perplexum cruciabat, in æquore vaſto,
Mors, DEVS oranti præſtò ferebat opem.
C onſternata cohors ſaccis ieiunat operta,
Et pecudes, DEVS hos reſpiciebat opus.
D igna DEO, turbat rigidum clementia Ionam,
Germine, carpit eum, diſpereunte, DEVS.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0092

# In Prophetam Michæam.

AFfliget DEVS iratus duo regna, dolebo,
Gath, Saphir, atq; Lachis, atq; Mareſa, ruet.
B urſa grauans inopes, flebis, ſpernensq́; Prophetas,
Colligiturq́; Iacob, rege parante viam.
C aſſantum tenues, ſpernam ſuſpiria regum,
Munere pſeudo docet, veraq́; fortis ego
D ogma ſuaue colens bellum plebecula nullum
Miſcebit, cornu clauda reuerſa petet.
E ripiet dux ortus oues, ſeptemq́; Magiſtri,
Diſcerpet ſtatuas, torua leæna Iacob.
F undenti Pharaona, fidem, non ſacra miniſtres,
Fraude lucratus opes, non potietur eis.
G ratus amor friget, virga pereunte, reuertar,
Paſce reuerſuros, qui ſubis omne nefas.

# In Nahum Prophetam.

ABſumit DEVS iratus fortiſsima quæq;,
Aſsyriumq́;, velut torrida ligna, cremat.
B elligeræ venient, Niniuen prædare, cohortes,
Luſtrum prædantis namq́; Leonis erat.
C orruet vrbs ſcortata, velut robuſta Noammon,
Mœnia confortat, & fugit inſtar apum.

IN ABACVC PROPHETAM.

AFflictatur inops, perdet gens aſpera Iudam,
Parce tuis, hoſtem præcipitato lupum.
Buccino certa tibi, gentes prædatus auarus
Hoſtis, erit præda, nulla iuuatq́ Dea.
Cornutus DEVS armatos, & flumina ſiſtit
Dux, Babylonis onus, plebsq́ fuganda redit.

# In Zephoniam
## Prophetam.

AFflicturus ego cunctos, ſcrutabor auaros,
Angorisq́ die, nil, veniente iuuat.
Burſa DEVM conquire tuum, perimetq́ Philiſtim,
Ammonemq́ ferox, Aſſyriumq́ malum.
Contemnunt mandata lupi, miſerosq́ coarctant,
Crimina purgabo plebis amara meæ.

# In Prophetam
## Aggæum.

AGgæus frumenta docet maledicta fuiſſe,
Templo non ſtructo, quod reparare iubet.
Belligero veniente, fuit laus maxima templo,
Quo non ſtante, fames, copia, ſtante, fuit.

# In Zachariam
## Prophetam.

ADmonet exemplo patrum, reſipiſcere vates,
Cernit amoris equos, quattuor atq́ fabros.

Burſa

*B urſa colet, laqueo menſam, numeroſa Sionem,*
*Quos ego defendam, gens venietq́ mihi.*
*C onfortat DEVS, ornatum ſibi veſte miniſtrum,*
*Celatusq́ lapis diluet omne nefas.*
*D emonſtrata lucerna, domum finire Magiſtrum,*
*Signat, oliua duplex regna tuenda duo.*
*E cce volat, tranſgreſſorum maledictio, codex,*
*Tranſtulit vxores impietatis Epha.*
*F ecerunt homines, mundum peragrata quietos,*
*Plauſtra, coronatur Zæma, locatq́ domum.*
*G ens ieiuna, grauat miſeros, Dominoq́ rebellat,*
*Quam DEVS orantem reprobat, atq́ fugat.*
*H eus augebo ſenes, charæ, fructumq́, Sionis,*
*Sit ſincerus amor, gensq́ Siona petet.*
*I nſi ingens gentes, ſoluet tibi vincula Chriſtus,*
*Arcus Iuda ferit regna, iuuante DEO.*
*I uſtus ego tibi mendaces delebo Prophetas,*
*Seruo, reduco, meum lætificatq́ gregem.*
*L atrones prædantur oues, Chriſtusq́ reſignat*
*Curatas, precium captat, easq́ fouet.*
*M aximus eſt hoſti lapis, & calidiſsimus ignis,*
*Ieruſalem, fixum plangere pneuma facit.*
*N oxa lauatur aquis, falſos perdamq́ Prophetas,*
*Paſtorem cædens igne probabo pios.*
*O rbem mons oleæ penetrat, populoſa rebelles,*
*Ieruſalem prædat, feſta rebellis aget.*

# In Malachiam Prophetam.

Attenuatur

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0095

ATtenuatur Eſau, viciat mihi ſacra Iacobus,
Clarus in orbe, Deus non ſacra manca probat.
Bucca leui, (quæ tu violas) præcepta docebat,
Ducitis immundas, abijcitisq; pias.
Chriſtus at iratus veniet damnare malignos,
Da Domino decimas, & benedictus eris.
Delebit DEVS igne malos, iuſtosq; fouebit,
Ad genitos patrum corda reducet Eli.

# In primum librum Maccabæorum.

ALexander obit, mundum partitus, adeptam
Antiochus Solymam, degenerare iubet.
Bellagerit feſtis ridens peregrina Matthias,
Sacra, iubet natos pacta tenere DEI.
Captat Apollonium Iudas, Serong; ſuperbum,
Expugnare iubet, Dux abiturus eum.
Dux facit inſidias, perimit tentoria Iudas,
Lyſiamq; fugat, dedicat atq; Sion.
Extirpatur Edom, Galilæa, Galaadq; cruenta,
Et Timotheus, & Ephron, bella nocentq; Ioſeph.
Falſa fuit ſpes Antiochi, ſed copia nati
Magna fugat Iudam, deditur ergo Sion.
Græcus eum perimit, Iudas deſertur, & illi
Alcimus imponit, Dux minitatus obit.
Hoſtes cognoſcens Romam domuiſſe potentes,
Iudas, atq; ſui, mox ſociantur eis.
Interimit Bachides Iudam, Ionatasq; Iohannem,
Vindicat, & Bachidem bis fugat enſe procul.

Iunctus

I unctus Alexandro, Græci promiſſa recuſat,
Sponſus honorat eum, ſternit Apollineum.
L udit Alexandrum Ptolemæus, eosq́; ſequentem
Demetrium, Ionathas, Antiochumq́; iuuat.
M unit amicitiam, Græcum ſuperatq́; regentem,
Aedificat Solymam, fallit eumq́; Triphon.
N empe Simon dedit argentum, fecitq́; ſepulchrum,
Demetrium flectit, Gaza Sionq́; datur.
O rta pace Simon renouat ſua fœdera Romæ.
Prælia, ſtructuræ, fœdus, & eius honor.
P ontifici fauet Antiochus, ſequiturq́; Triphonem,
Pax Romana datur, Rex loca dempta cupit.
Q uem princeps factus, ſuperat, ſpargitq́; Iohannes,
Fraudat amicus eum, prouocat atq; Ducem.

# In ſecundum librum Maccabæorum.

ANtè ſalutatis obitus narratur Hebræis
Antiochi, fuſa ſacrificatur aqua.
B iblia promittunt, ignes holocauſta vorare
Geſta docet breuius hic Machabæa liber.
C onquiſita Simon prodit collecta Magiſtro,
Turba dolore gemit, Dux ſtimulatus obit.
D eroget Oniæ Iaſon, Menelaus eidem,
Præſulis occiſor, Lyſimacchusq́; perit.
E xpugnat Solymam, profugusq́; necatur Iaſon,
Rex necat Hebræos, expoliatq; ſacrum.
F œdatur templum, ſpernens gentilia quisq;
Sacra, trucidatur, ſic obit Eleaſar.

Gaudentes

*Gaudentes ſeptem fratres, tormenta, futuræ*
*Spe vitæ, ſubeunt, matre monente pia.*
*Hoſtes vexantem, Iudam venditq́ʒ Nicanor,*
*Plebs hortata fugat hunc, ſpoliumq́ʒ legit.*
*Infeſtare volens Solymam rex, viſcere languet,*
*Poſt decorare vouet, morte coactus eam.*
*Iudas templa dicat, Ptolomæus deſperat, Iudas*
*Arces expugnat, Timotheumq́ʒ ferit.*
*Lyſias, qui templa cupit vaſtare, fugatur,*
*Antiochum paucis pacta ferire iubet.*
*Merſores, Arabes, Caſpi, Timothæus & Ephron,*
*Gorgiasq́ʒ, ruunt, exequiasq́ʒ legis.*
*Nunc perit, Antiocho, Menelaus, veniente, precatur*
*Hunc vincit Iudas, qui fit amicus ei.*
*Obtrectat Iudæ præſul, fœdusq́ʒ Nicanor*
*Pactus, eum pellit, ſe perimitq́ʒ Raſis.*
*Prælia geſta prius recitas, & ſomnia ludas,*
*Blaſphemum vincit, dans monumenta caput.*

# In tertium librum Maccabæorum.

*ANtiochum vincens, adytum ſpectare laborat*
*Philopater, luctum concitat atq́ʒ grauem.*
*Blaſphemum confunde, velut Pharaona, Creator,*
*Stigmata ſeruorum, tactus inurit eis.*
*Communem, rex ſcribit eos, turbare quietem*
*Motus ab hoſte, capi quos iubet ipſe ſibi.*
*Ducitur ad tormenta, grauem plangitq́ʒ dolorem*
*Plebs, quam ſcribarum nemo notare poteſt.*

Ergo

*E rgo datur ter cœna Viris, vinumq́; Caballis,*
*Rex mortem prohibet, quam minitatus erat.*
*F er Dominator opem, Reges qui perdis atroces,*
*Numine Rex flexus, fercula præbet eis.*

Finit vetus Teſtamentum.

# In Matthæum
## Euangeliſtam.

*A Patrum triplici deſcendit origine CHRISTVS,*
*Pneumate prægnantem, non fugitato Ioſeph.*
*B arbara gens puerum quærit, fugitatq́; Ioſephus,*
*Perdit rex Bimos, deinde Maria redit.*
*C onuerti iubet, atq; lauat, carpitq́; Ioannes,*
*Purgantem Solium, patre loquente, lauat.*
*D æmone tentatur, patriam repetitq́; Marinam,*
*Præconesq́; vocat, ſigna facitq́; DEVS.*
*E ſt benedictus inops, vos lux, homicidia, Mœchus,*
*Peiurare malum, talio, rectus amor.*
*F racturam, panum, preculans, ieiunia, faſtus*
*Polluit, auerſans Mammona, crede DEO.*
*G arrulus obtrectat, dabiturq́; petitio, latum*
*Perdit iter, fugito ſchiſmata petra domus.*
*H îc ſanat lepram, famulum, ſocrumq́; petrinam,*
*Præmonet aſſeclas, ſtat mare, grexq́; perit.*
*I lluſum, furemq́; iuuat, rumpuntur & vtres,*
*Primatem, cæcus, Lunaticumq́; iuuat.*
*I am vacuos amandat eos, benedicere iuſtis,*
*Prædicitq́; grauem, mitigat atq; crucem.*

Laudatur

L audatur Baptiſta, pares ludentibus vrbes,
Peius habet Solymis, confiteorq́; pater.
M ulgentes ſpicas laudat, ſanatq́; lacertum,
Pellit voce malum, mater adeſtq́; foris.
N unc patitur ſpinas, lolium, doctrina, ſinapi,
Pappula, theſaurus, gemma, ſagena maris.
O ccidit Tetrarcha pium, paſcitq́; cateruam
Præco, mari merſum ſubleuat atq; Petrum.
P ectora decretum veſtrum, non eſca, prophanat,
Præco iuuat Græcam, mille quaterq́; cibat.
Q uærunt ſigna mali, quorum fermenta cauete,
Petrus habet claues, tolle crucemq́; ſequens.
R eſplendet Domini facies, lunaticus æger
Præualet, & ſtaterem piſcis ab ore vomit.
S ummus erit puero ſimilis, ſunt ſcandala moles,
Prodit ouis, fratrem corripe, ſeruus atrox.
T ractat coniugium, caſtos, ſumitq́; puellos,
Petrus, non diues, linquere cuncta valet.
V inetum colitur, CHRISTVS tradetur, amici,
Primatum poſcunt, cæcus adorat eum.
A ſcendens aſinam, menſas ſubuertit, Hebræi
Sunt reprobus natus, perditur herus agri.
B urſa fugit cœnam, Ducibus perſolue tributum,
Surgens non nubit, ſummaq́; Legis Amor.
C ultus hypocriticus, victus, ſeductio, diræ,
Sanctio, mundicies, alba ſepulcra, neces.
D iſsidium, cædes, verbum, vaſtatio, mendax,
Summa dies furtim ſurget, & eſto vigil.
E ſt regnum cœleſte decem virgalibus æquum,
Seruis pondo datur, regna benignus habet.

Feſta

F eſta dies, vnctura, lucrum, cum paſchate, cœna,
Sudor, & armati, conſiliumq; ſenum.
G annio deſperat, ſaluo latrone, corona,
Supplicium, probrum, verba, ſigilla, lapis.
H eriles quærunt tumulum, cernuntq; miniſtros,
Sed DEVS apparet, Pontificumq; dolus.

# In Marcum Euan-geliſtam.

A Bluitur Chriſtus, comites aſciſcit, & arcet
Dæmonium, febrim, corporeasq; lues.
B is duo contractum portant, creditq; Matthæus,
Sponſus habet lætos, ſabbata non violat.
C uratur contracta manus, morbisq; grauati,
Nil facit ex Satana quem vocat amma forat.
D e terræ fructu triplici, verboq; feraci,
Et minimo grano, fluctuat atq; ratis.
E xpulſus Satanas, porcos inuadit, anusq;.
Menſtrua ſanatur, ægraq; nata Ducis.
F ilius iſte Fabri, famulos emittit, obitq;
Præcurſor, paſti millia, turbo fugit.
G uttura non palmæ, ſed ſanctio veſtra, prophanat,
Græca rogat ſtabilis, mutus homo loquitur.
H îc turbam cibat, atq; iubet fermenta cauere,
Lumina dat cæco, ferre iubetq; crucem.
I pſe micat transformatus, pellitq; malignum,
Paruulus eſt maior, noxia membra ſeca.
I am mulier ſeruanda tibi, pueriq; fouentur,
Diues abit triſtis, regna petuntq; duo.

Legati ſoluunt aſinam, ficusq́ʒ ſubaret,
Vertuntur menſæ, cuncta precatus habet.
Mors herilis agri, cenſum date, mortua ſurget,
Legis ſumma, DEVS CHRISTVS, & æra duo.
Noxia bella, fames, cædes, vaſtatio, mendax,
Extremusq́ʒ dies, ingruet, eſto vigil.
Olfactus, precium, agniculus, delatio, cœna,
Figit & illudit, verba, ſigilla, lapis.
Præfertur latro Regi, quem turba coronat,
Hortus & armati, iura, ruina Petri.
Quem quærunt ſociæ, Viuum docet angelus eſſe,
Apparet, iurgat, ſigna ſequenda docet.

# In Lucam Euangeliſtam.

ANgelus infantem ſcribæ, Chriſtumq́ʒ Mariæ
Prodit, virgo canit, presbyter atqʒ, DEO.
Blanda Ducem parit alma tibi, quem ſcindit, & offert,
Peruerſis ſignum, qui duodenus abeſt.
Caſtigat reprobos, cunctis præſcribit agenda,
Perluit igne DEVS, cuius origo datur.
Dæmon tentat eum, patriam docet, atqʒ repulſus
Pellit eum, febrim, cunctigenasq́ʒ lues.
Eſt captura grauis, lepra, & contractio, ceſſat,
Prædo vocatus adeſt, ſponſus ouatqʒ nouus.
Feſta dies, famuli, virtus, benedictio, candor
Perfectus, precium, ſpina, petrina domus.
Gratia reſtituit famulum, puerumq́ʒ relictæ,
Præcurſoris honor, pæca rigatqʒ Ducem.

Heu

H eus pereunt ſegetes, mater vocat, æquora ſurgunt,
Poſſeſſus, fluida, nata Duciſq́ valet.
I re iubet famulos, paſti, confeßio Petri,
Paßio, fulgor, abit torſio, flamma, ſequax.
I am miſſos iubet ire citò, reprobiſq́ minatur,
Patrem laudat, homo proximus, hera ſequens.
L uctantes orare docet, ſpondetq́ ſalutem,
Prædantem ſpoliat, væ tibi ſigna petens.
M aſſa cauenda, leuabo crucem, non ſitis auari,
Paſcua do, vigila, prælia, ſolue lubens.
N on reſipiſcentes pereunt, ficumq́ ſecabo,
Pòſt curuam ſanat, obſerat atq́ fores.
O bſtitit hydropi feſto, non elige primas,
Prandia faſtidit concio, ferte crucem.
P aſtor quærit ouem, reperit muliercula drachmam,
Prodigus eſt natus, fratre dolente, domi.
Q uæſtor defraudat, binis ſeruire nequimus,
Pactaq́ fixa manent, Lazarus ante fores.
R es offendiculum grauis eſt, nil facta merentur,
Purgat leproſos, clam venit hora Noe.
Securus Iudex, tumidus Phariſæus, auarus,
Pergit, profertur paßio, cæce vides.
T unc recipit Zachæus eum, dat pondo miniſtris,
Pullum conſcendit, flet, cathedraſq́ ruit.
V irtutem quærunt, hæres mactatur, IESVS
Poſt cenſum, nuptum, ſe probat eſſe DEVM.
A pprobat æra duo, plagæ, paricidia, clades,
Summa repente dies, ingruet, eſto vigil.
B laſphemus Iudas, agnus, delatio, rixa,
Sudor, turba, Petrus, verbera, conſilium.

*C auſa refertur ad Herodem, ſaluantq́ latronem,*
*Supplicium, probrum, verba, ſigilla, lapis.*
*D um tumulum viſunt ſociæ, DEVS ipſe, duobus*
*Se, cunctisq́ ſimul, dat, docet, alta, petit.*

# In Iohannem

## Euangeliſtam.

*ACcerſit fratres, DEVS incarnatus Ieſus,*
*Præco fatetur eum, quattuor ille vocat.*
*B ucca Ducis commutat aquas, pulſatq́ latrones,*
*Pectoris atq́ ſui ſoluere templa iubet.*
*C orrigitur Nicodemus, amor demiſit in orbem*
*Prolem, quam ſponſum prædicat eſſe Iohan.*
*D epoſcens hauſtum Chriſtus, ſecreta reuelat,*
*Plurima meſsis, homo principis atq́ valet.*
*E rigit infirmum Chriſtus, reuocatq́ ſepultos,*
*Prædicat hunc teſtis, facta, Moſesq́, DEVM.*
*F arre cibat multos, panis cœleſtis, IESVS,*
*Patre trahente ſapis, deficiuntq́ mali.*
*G randia feſta ſubit, docet, & ſe purgat, habetur*
*Publicus haud capitur, limpha, quis audit eum?*
*H ic mœcham beat, eſt verax, pereuntq́ rebelles,*
*Patrem non referunt, CHRISTVS honorat eum.*
*I lle videt qui cæcus erat, Chriſtumq́ fatetur,*
*Pontifices carpit, credit & ille DEO.*
*I anua Chriſtus ouilis, oues curatq́, dolorem*
*Perfert, ſeruat oues, hunc lapidare volunt.*
*L azarus ægrotat, Martham docet, atq́ Mariam*
*Præco, vocat Lazarum, conſilium Caiphæ.*

Marthæ

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0104

Martha linit Dominum, pullum conſcendit, honorem
Prædicit, lux eſt, ſermo necatq; malos.
Nunc lauat aſſeclas, iubet vt ſua facta ſequantur,
Proditor eſt Iudas, Chriſtus amare iubet.
Occumbens reſerabo domum, via vera, Deusq;,
Pneuma daboq; pÿs, atq; redibo grauis.
Palma manens in vite, Ducis ſectare fauorem,
Plebs oditq; pios, conſcia turba labat.
Quaſſabit vos mundus, ego mittamq; Patronum,
Poſt modicum ſurgam, & cuncta petita dabo.
Riualem DEVS illuſtra, verbiq; tenaces,
Participes nobis fac pater oro pios.
Subneruat DEVS armatos, famulumq; negator
Petrus, percutitur Chriſtus, aditq; Ducem.
Turba coronat eum, ſimilis cupit eſſe ſupremo,
Pendet, mater adeſt, vnda, lapisq; datur.
Viderunt duo panniculos, Madalena Magiſtrum,
Primò, tota cohors, hunc, Didymusq; videt.
Accumulat piſces famulis, prandetq; Magiſter,
Petre meos agnos paſce, crucemq; ſubi.

# In Acta Apoſtolorum.

A quibus eſt viſus, teſtes iubet eſſe miniſtros,
Paſtor, & aſcendit turba legitq; Ducem.
Bardis promiſſum, retegit magnalia flumẽn,
Per vitam Chriſti, credula turba lauat,
Confortat Claudum Petrus, virtute peremti
Per Iudam Chriſti, quem probat eſſe Ducem.

D imiſſus Petrus, Chriſtum docet eſſe ſalutem,
Pontifices prohibent, participesq́; rogant.
E xpirat fraudans, ſubeunt miracula, clauſos
Præripit angelus hos, Gamalielq́; pius.
F it Stephanus, turba querulante, Diaconus, atq;
Plurima ſigna facit, proditur atq; dolo.
G lorificat patres, Moyſen præcepta, tabernam,
Præfractos carpit, & lapidatus obit.
H oſte pios ſpargente, facit miracla Philippus,
Pneuma Symon vendit, præco docetq́; rudem.
I ctum de cœlo, Saulem ſanare iubetur
Præco, docet, fugitat, Dorca reſurgit humo.
I am quæſitus ab immundis, animantia cernit,
Petrus, eos replet Pneuma, docente Petro.
L enit moroſos, recitans cum gentibus acta,
Petrus, turba capit Antiochena fidem.
M orte Iacobus obit, Petrus de carcere demptus,
Peruenit ad fratres, verme tyrannus obit.
N unc Paulus credente Magum proconſule cæcat,
Promiſſumq́; probat iuſtificare Ducem.
O b turbas fugiunt, claudus ſanatur, & hero
Præco litare iubens firmat vbiq; fidem.
P rima fidem ſynagoga docet ſine lege beare,
P roditur hac genti, ſeparat ira duos.
Q uæro Macedoniam, Lydiam conuerto, malignum
Pello, vigil credit, vincla terente DEO.
R ecta docet Theſſalonicæ, fugitatq́; tumultum,
Præſentem cunctis, nulla capella ligat.
S ancta fidem Priſcilla capit, criſpusq́;, Magiſter
Proditur, Epheſi fatur, Apollo venit.

Tinctis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0106

*T inctis Pneuma dedit, faciens miracula, Paulus,*
*Pithones fugiunt, ſchiſma facitq́ faber.*
*V t fratres confirmet, abit, reparatq́ puellum,*
*Paulus, ouesq́ ſuo paſcere more iubet.*
*A ſcenſum Tirij prohibent, Agabusq́ Propheta,*
*Se purgat, capitur præſul, eumq́ ligat.*
*B laſphemus Iudæus eram, per lumina Chriſti*
*Sum conuerſus, atrox Roma flagella vetat.*
*C arpit Ananiam Paulus, turbatq́ ſenatum,*
*Subducit, puero, quem, monitore, prior.*
*D efertur Paulus, qui ſe negat eſſe profanum,*
*Sed vitæ teſtem, vinctus eamq́ docet.*
*E blanditus ab Ebræis, appellat ad Herum,*
*Suggerit Agrippæ talia geſta prior,*
*F ortis ego Phariſæus eram, multosq́ peremi,*
*Sunt mihi conuerſo mira docenda DEI.*
*G randia per pelagus ſubijt diſcrimina Paulus,*
*Spondet ei ſocios velle iuuare DEVS.*
*H umanè tractatur, ei nocet anguis, & ægros*
*Sanat, & in Roma prædicat ipſe Ducem.*

# In Epiſtolam Pauli ad Romanos.

*A Domino miſſus, geſtit conſcendere Romam,*
*Paulus qui gentes comprobat eſſe malas.*
*B laſphemas Iudex veniet diſpergere gentes,*
*Natura gentes, lege Iacobus obit.*
*C redidit Ebræis, verax, præcepta, Monarcha,*
*Omnes peccamus, gratia ſola beat.*

D ignatur, conſtante fide, Patriarcha, ſalute,
Non ſignum, neq; lex, ſed beat vna fides.
E ſt pax noſtra fides, ſperat per vulnera Chriſti
Auxilium, ſuperat gratia crimen atrox.
F œdera Baptiſmi, reſerat plantatio, ſurgens,
Vitæ libertus, turpe domato neſas.
G rata DEO matrona ſumus, peccata reuelat,
Lex, quam transgrediens corpore, mente probo.
H oſtia peccati, ſtudium, mercesq; piorum,
Nos factura, preces, pneuma, dolorq; iuuat.
I mpingit Iudas, gratisq; vocamur ab Hero,
Commiſerante lutum, ſed mediante fide.
I udaicam damnat, fidei ſtatuitq; ſalutem,
Clamantem CHRISTVM ſpernit Ebræus atrox.
L apſa reuertetur, cæcis pereuntibus, alma,
Non contemne Sion, quam remeare probat.
M anſuetos docet eſſe pios, per corporis artus,
Sit fraternus amor, & DEVS vltor atrox.
N unc reuerere Magiſtratum, & tua debita ſolue,
Legem complet amor, perfice lucis opus.
O mnibus, inſeruit, paſſo, ieiunus, Ieſu,
Iudicis, infirmo parce, timore trucis.
P arce labaſcenti populo, quem CHRISTVS adoptat,
Dogma ſuum laudat præco, venire parat.
Q uos ſaluere iubet, falſos vitare Prophetas,
Schiſmata gignentes, ventris amore, iubet.

# In primam Corinthiorum.

Agnitione

AGnitione DEI claram, iubet eſſe Corinthum,
Concordem, ſciolos reprobat ecce DEVS.

B uccinat ignotum mundo, pro crimine paſſum,
Sanctis quem retegit, omnia pneuma tenens.

C arnales lactat Paulus, Dominiq́; miniſter,
Eſt, fundumq́; iacit, templa Deiq́; ſumus.

D etrectare cauete mihi, diſcrimina paſſo
Pro vobis, genitor ſum, veniamq́; citò.

E xcludi inceſtum iubet, & fermenta caueri,
Et cum peruerſis non iubet eſſe cibum.

F rater erit iudex, mœchi, fureſq́; peribunt,
Vtile quodq́; licet, ſtupra cauete pij.

G nata virum laſciua tenens, retinere laboret,
Nemo vicem mutet, nupta grauamen habet.

H eus faciunt ſimulacra nihil, DEVS omnia ſolus,
Offendit fratrem, ſacra profana vorans.

I pſe mihi, liceat quamuis, non præmia poſco,
Omnibus omnia ſum, certo parare lucrum.

I am vetat exemplis veſci gentilibus, hero
Inſerimur cœna, qualibet eſto domi.

L audet operta DEVM mulier, prandetur in æde,
Cœna reformatur, corripiturq́; reus.

M unia dat diuerſa DEVS mortalibus vnus,
Sicut corpus habet, plurima membra, tuum.

N emo placebit amore carens, licet omnia norit,
Perlege quid ſit amor purus, in æua manens.

O ffendit varijs linguis præſtare Prophetas,
Quod probat exemplis, cuncta Poëta refert.

P er teſtes, abſurda, typum, baptiſma, cruceſq́;,
Viuere cerne Ducem, & corpore qualis eris.

*Quærit collectas Paulus, ſpondetq́ venire,*
*Laudat Symmyſtas, atq́ ſalutat oues.*

# In ſecundam Epiſtolam ad Corinthios.

*ANgor & eripior, quò vos conſoler amicos,*
*Quamuis non veni, vera tamen docui.*
*Blandiloquus iubet excluſum ſubſumere mœchum,*
*Paulus, odor vitæ, qui fuit, atq́ necis.*
*Cordibus inſcripſit, Domino dictante, loquelam,*
*Præſtat lege fauor, vela manent Moyſis.*
*Dogma caret fuco noſtrum, cæcatq́ malignos.*
*Angimur, eripimur, vita manetq́ crucem.*
*Extincto, cœlum reddet mihi, corpore, CHRISTVS,*
*Horreo iudicium, mors mihi vita Ducis.*
*Felicem cognoſce diem, diſcrimina paſſum,*
*Atq́ refer Paulum, non tibi iunge malos.*
*Gratos eſſe decet Domino, conſoler amore*
*Veſtro, dira quibus noſtra fuere ſalus.*
*Hos conferre, per exemplum, geniumq́ fidelem,*
*Pro pietate, iubet, colliget iſta bonus.*
*Inculco vos eſſe pijs conferre paratos*
*Dona rependentem glorificabit inops.*
*Iurgia noſtra cauete, quibus carnalia non ſunt*
*Arma, ſumus Chriſti, nos probat atq́ labor.*
*Latrones animum vereor corrumpere veſtrum,*
*Gratis ego docui, verbera multa tuli.*
*Miſſus ab Aretha, transfertur ad æthera Paulus,*
*Vexatur ſtimulo, gratuitoq́ docet.*

Nunc

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0110

*Nunc veniens virtute Dei regnantis in ipſo,*
*Damnabit reprobos, quos iubet eſſe pios.*

# In Epiſtolam Pauli ad Galatas.

*AVerſos ſaluere iubet, damnatq; latrones,*
*Et probat à ſocijs ſe didiciſſe nihil.*
*Burſa Titum non præcidit, carpitq; Simonem,*
*Præco, grauat Chriſtus lege beante, nefas.*
*Conferri per ſacra probat tibi pneuma, fidem per*
*Sunt promiſſa rata, lex docet atq; trahit.*
*Defuncti tutore probant legalia rurſum,*
*Iſmaël eſt ſeruus, liber habetur Iſaac.*
*Explodit tibi caſuram, taxatq; Sophiſtas,*
*Spiritui pugnans, atq; recenſet opus.*
*Fratrem reſtaura, propriam cognoſce ruinam,*
*Paſce ſacerdotes, atq; caueto canes.*

# In Epiſtolam Pauli ad Epheſios.

*ABluit electos, reſerans arcana, Redemptor,*
*Spiritus illuſtrat corda, Ducemq; grauem.*
*Barbariem ſectata, fide ſaluatur, Epheſus,*
*Saluantur gentes, quæ caruêre DEO.*
*Cognita ſunt arcana mihi, quæ pandere genti*
*Debeo, progreſſum, pneuma, fidemq; dabit.*
*Dona licet varient, tamen eſt ſpes omnibus vna,*
*In caput excreſcens, non imitare rudes.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0111

E ſſe caue ſcortator, opus non confice noctis,
Pſalle Deo, nuptam Sponſus amore colat.
F ilioli parete patri, ſeruiq́ Magiſtris,
Pneumatis indutus arma, reſiſte malo.

# In Epiſtolam ad Philippenſes.

A Vgendam collaudo fidem, mea vincula proſunt,
Opto necem, potior eſt mea vita pijs.
B urſa DEVM ſequitor, famulum per viſcera factum,
Laus mihi ſit vita veſtra, remitto pios.
C ondemno mea facta, fide ſatagoq́ beari,
Creſcere tento fide, deinde cauete canes.
D octrices germana iuua, rogitate, probatis
Moribus eſte, probo munera miſſa mihi.

# In Epiſtolam ad Colloſſenſes.

A Mpla fides eſt veſtra, ſuo vos ſanguine mundat
Chriſtus, imago patris hunc ego pando pijs.
B attologis ne crede, tenens, habet omnia, Chriſtum,
Syngrapha delet, adeſt corpus, & vmbra fugit.
C ontemnat terrena, probetq́ ſuprema, reſurgens,
Nupta ſubeſt capiti, filius, & famulus.
D ogma rogate meum DEVS vt fortunet, amici
Qui ſaluere iubent, ſunt pietate graues.

# In primam ad
## Theſſalonicenſes.

*Accepto, virtute Dei, ſermone, fidelis*
*Perſtat, & illius laudet Achaia fidem.*
*Buccinat auctus, & absq; dolo, non præmia, laudem,*
*Quærit, Achaia capit dogmata, paſſa, DEI.*
*Conſocium qui veſtra leuet diſcrimina, miſi,*
*Gaudeo cognoſcens, vos retinere fidem.*
*Deuita Venerem, fraudem, manibusq; labora,*
*Mortuus occurret, viuaq; turba DEO.*
*Eſt incerta dies, lucis vigilate miniſtri,*
*Paſcite præcones, atq; tenete bonum.*

# In ſecundam ad
## Theſſalonicenſes.

*ANgentes miſeros, veniens Deus igne cremabit,*
*Et paßis, reddet præmia larga, pijs.*
*Blaſphemo veniente, cadet Romana poteſtas,*
*Exoſos veri decipietq; dolo.*
*Conſtantes orate DEVM, cuſtodiat vt nos*
*A prauis, viuat quiſq; labore ſuo.*

# In primam ad Ti-
## motheum.

*A fabulis deflecte, malis lex poſita, Paulum*
*Saluat in exemplum, gratia ſola, pijs.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0113

*B urſa redemptorem mundi totius adora,*
*Veſte decente, viro ſubdita, nupta roget.*
*C rimine ſit purus, docilis, nuptamq́; Sacerdos*
*Ducat, homo factus claret in orbe* DEVS.
*D amnabunt ſponſale lupi, victumq́;, laboro*
*Pro pietate, typus ſit tua Vita pijs.*
*E nutrire iubet viduas, pietate probatas,*
*Nubere laſciuas, presbiterosq́; coli.*
*F erte iugum famuli, pugnas, queſtumq́; refuta,*
*Per mortem* CHRISTI, *Dis inopemq́; iuuet.*

# In ſecundam ad Timotheum.

*A Domino ne deficias, mea vincula propter,*
*Qui beat electos, morte, ruuntq́; mali.*
*B ella feras vt ego, regnum capiesq́; futurum,*
*A pugnis caueas, ſis pia teſta* DEI.
*C rimina poſtremis gliſcent ſcelerata diebus,*
*Seducentq́; lupi, tu pia ſacra doce.*
*D ogma doceto frequens, quod erunt quibus optima ſordent,*
*Immolor ipſe, veni, namq́; relictus ago.*

# In Epiſtolam ad Titum.

*A Macula purum ſtatuas, Verbiq́; tenacem,*
*Vincat vt errantes, omnia pura pijs.*
*B arbaries ſenibus, vetulis, ſeruisq́;, vetatur,*
*Nam purgauit ab hac ſanguine* CHRISTVS *eos.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0114

*C rimina vitantes, capiti parete, lauati*
*A noxa gratis, hæreticumq́; fuge.*

# In Epiſtolam ad Philemonem.

*AH pietate grauis, famulum cognoſce Philemon,*
*Carne fideq́; tuum, quod tulit ipſe dabo,*

# In Epiſtolam ad Hebræos.

*ANgelici legem, Chriſtusq́; per omnia Petri*
*Aequalis, Verbum, voce, ſalubre tulit.*
*B urſa DEI verbum ſpernens mulctatur, IESVS*
*Fit caro, quò lædi poßit, & eſſe bonus.*
*C onſtructor DEVS eſt templi, Moyſesq́; miniſter,*
*CHRISTVM ſpernentes, vt ſynagoga, ruent.*
*D a DEVS æternam requiem credentibus, eſt vox*
*Viua DEI, CHRISTVS eſt Mediator homo.*
*E ſt clemens homo pro lapſis oratq́; Sacerdos,*
*Talis erat CHRISTVS, vos Elementa cibant.*
*F laminis exoſi, ſterilis ceu terra, cremantur,*
*Sed promiſſa ſalus, certa fidelibus eſt.*
*G randior eſt Arone procus, promiſſus, & aufert*
*Legem, iuratus, iugis, & abſq; nota.*
*H ic litat in cœlo, terreſtris imagine templi,*
*Nam noua promiſit pacta, ferire DEVS.*
*I mperfecta nihil prodeſt oblatio, CHRISTVS*
*Sufficit oblatus, pacta cruore rata.*

*Iam*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0115

I am corpus præſtante DEO, fugit vmbra, fideles
Eſte, manent reprobos, tartara, ferte crucem.
L ætafides eſt abſentum ſubſtantia rerum,
Sancti, plura, fide, ſuſtinuere mala.
M ore ducis ſufferte, ſuos cruciantis amicos,
Non ſumus in Legis monte, ſed vrbe Sion.
N oſce vagos ſponſale bonum, non ſordibus eſto,
Hoſtia vera DEVS, ſubijce te vigili.

# In Iacobi Epiſtolam.

AFflicti gaudete, fides ſit firma petenti,
Nos tentat Satanas, facta probantq́; fidem.
B urſas non ſpectate graues, transgreſſor in vno
Eſt reus in cunctis, mortua nuda fides.
C urator non eſſe para, linguamq́; domare
Neſcit homo, flammam, lite Sophia caret.
D iuitias non reddit opus, lugete, propinquis
Obtrectare nocet, eſt tua vita vapor.
E xcindet precioſa DEVS, reddetq́; Coronam
Paſſis, ne iures, valde rogaq́; DEVM.

# In primam Petri Epiſtolam.

ALma Salus eſt parta, crucem ſufferte, quod illud
Prædicunt Vates, eſte cruore pij.
B urſa locata ſuper lapidem, ſua crimina mactet,
Vt liget ora malis, ſubditus eſto Duci.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0116

C oniugis ornatus, hoſti benedicite, fortes,
Prodite quiſq; fidem, tartara Chriſtus adit.
D iſperdet Iudex veniens peccamina gentum,
Dona miniſtrantes, vtile ferte malum.
E ſt grex paſcendus, humiles eſtote, leonis
More furit Satanas, crux tibi vita leuis.

# In ſecundam Petri Epiſtolam.

A Duce perfectam, ſtabilem perfecta ſalutem
Reddite, viſa mihi trado, lucerna micat.
B urſa docens peregrina, luet cum Dæmone pœnas,
Nam ſpernunt proceres, lucra parantq; dolo.
C uncta manere putant, per aquam conſumpta, maligni,
Haud tardat Dominus, quem pietate refer.

# In primam Ioannis Epiſtolam.

A Vditum doceo verbum ſociale, propinquum
Lucis amore colas, agna cruore lauat.
B urſa ſubit tenebras, legem tranſgreſſa, nouum non
Dogma dedi, mundus tranſit, eruntq; lupi.
C onformis patri, frenat peccamina, proles,
Mortuus eſt oſor, cor fit amore ratum.

D eſcendit Deus in carnem, ſectare parentem,
Qui genitum tradit, ſpes caret illa metu.
E xpugnat peccata fides, teſtatur Ieſum
Vnda, cruor, vitam, cuncta precatus habet.

# In ſecundam Ioannis Epiſtolam.

AVditum retine verbum matrona vetuſtum
Dilige confratres, atq; caueto lupos.

# In tertiam Ioannis Epiſtolam.

ARridet fratres Gaium pauiſſe Iohanni,
Præſul abegit eos, Demetrius pius eſt.

# In Apocalypſin Ioannis.

ABluit à mendis, prior atq; nouiſſimus, autor
Perſpicit ornatum, veſte decente, virum.
B ellaces, Epheſina, Tiatira, Pergama, Smirna,
Proficiunt, proprio crimine nulla caret.

Cuſtodi

C uſtodi Legem Sardis, Philadelphia verbo
Promouet, ornat e Laodicæa leuis.
D eſidet ornatus gemmis, multiq́ ſeniles,
Prodit flamma throno, quadrupedesq́ canunt.
E xplicat agna librum, mortem perpeſſa, ligatum
Primates, agnum, cœlicolæq́ canunt.
F lauus equus, ruffusq́, niger, pallensq́ videtur,
Pòſt clamant animæ, Luna cruore madet.
G rex ſignatur Ebræorum, colit ethnicus agnum,
Paſſorum CHRISTI membra cruore madent.
H ic datur incenſum, fructus, piſcesq́, tubantes
Perdunt, & fontes, percutiuntq́ polum.
I nficiunt terram, rapidæ, cruciantq́, Locuſtæ,
Pars hominum per equos corruit atq; truces.
I urgat habens librum, clamantq́ tonitrua ſeptem,
Poſt hæc finis erit, ſcripta voratq́ videns.
L uctantur vates, biduum ſunt absq́ ſepulchro,
Pòſt viuunt, Regem glorificantq́ ſenes.
M atre ſuum pariente, Draco vult perdere, natum,
Proiectus cœlis, eiaculatur aquas.
N umina blaſphemat animal, virtute Draconis,
Promouet hoc animal, beſtia ſigna mouens.
O ccinit electus, cecidit Babylonia, cultor
Papatus ruet, & falce metenda ſeges.
P lagas conſumant ſtantes ſuper æquora ſeptem,
Permagnum laudant, accipiuntq́ ciphos.
Q uaſſantes terram, pelagus, bona flumina, ſolem
Prædia beſtiolæ, flumina magna, polum.
R ara ſuper monſtrum meretrix Babylonica regnat,
Per caput, & cornu, præualet agnus et.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0119

*S uccubuit Babylon, factis grauiora recepit,*
*Plangent artifices, merce valente nihil.*
*T runcantis ſcortum, ſuperi magnalia laudent,*
*Perdit eques monſtrum, bella mouere volens.*
*V incitur Satanas, paßiq́ꝫ pericula regnant,*
*Perditur igne Magog, iudicat atqꝫ DEVS.*
*A bſterget lachrymas, cœlum facietq́ꝫ nouale,*
*Structa ſuper gemmas, eſt ſpecioſa Sion.*
*B urſa videt lucem, ſuperi tua Vota recuſant,*
*Sordidus eſt expers, nil ſuperadde libro.*

ΤΈΛΟΣ,

Τῷ Θεῷ δόξα.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0120

# LEONHARDVS ENGELHART.

MAgna commentaria grata multis:
Nemo ſed compendia parua ſpernat
Namq; diſcenti, ſimul & docenti
Vtraq; proſunt.

Plurimi multis docuere multa:
Pauciores multa breues docebunt.
Talis es noſter venerande Caſpar
Eurymachæra.

Plurimi diſcentibus adfuerunt:
Pauciores hactenus at Magiſtris.
Talis es noſter venerande Caſpar
Eurymachæra.

Iam tibi grates referunt docentes,
Atq; diſcentes: quoniam libello
Hoc breui tu multa doces vtroſq;
Eurymachæra.

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0121

ERPHORDIAE.

Eſaias Mechler ex=
cudebat.

ANNO

M. D. LXXXI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0124

1544 Or

X2007859

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0125

[illegible] ceſſuros pro[illegible]
[illegible] ꝓbulacionē [illegible]
[illegible] . denuo uiſſe pueꝛ [illegible]
[illegible] . [illegible] nō e[illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible] . [illegible] o dixit .
[illegible] [illegible] muneꝛibꝫ .
[illegible] [illegible] natum .
[illegible] [illegible] .
[illegible] . ſolus uult facē [illegible]
[illegible] ne [illegible] . plaĩ [illegible] ſepulꝛe .
[illegible] [illegible] .
[illegible] in [illegible] [illegible]
[illegible] eet [illegible]
[illegible] . [illegible]
[illegible] . [illegible]
[illegible] in [illegible] [illegible]
[illegible]

PA

# CAR

ACVM

*VSQVE TES*

nes hiſtorias

Alphabetico

vt Lectori

omni

ſ

Caſpar

Gutenb

M. D.

*Res eſt ampl*

*Per Capi*

*Nil: Sed eme*

*Hoc paru*

M.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-10452/fragment/page=0127